posse — esse] die beiden Infinitive sind von einander getrennt und auf zwei Satzglieder verteilt worden, um den häfslichen Gleichklang von *posse esse* zu vermeiden.

c. **36**, 1. *cum — consilium haereret*] 'als in dieser schwierigen Lage die Beratung ins Stocken kam, guter Rat teuer war': *haerere* vom Steckenbleiben einer Bewegung (**29**, 33, 7 *duae turmae haesere*) auf geistiges übertragen; Gegensatz: *expedire aliq.:* **2**, 24, 3 *expedire rem publicam.*

torpor] *torpor, torpere, torpidus* eigentlich vom Körper, **9**, 2, 10 *stupor omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet*; übertragen **24**, 43, 8 *pavore aliis in tanta clade torpentibus.* **27**, 46, 9. **28**, 29, 11. **22**, 53, 6.

2. *magistratus senatui et senatum populo*] danach zerfällt die ganze Bürgerschaft in drei Klassen: Beamte, Senat und Volk, eine Einteilung, die darauf beruht, dafs nur das Bekleiden von Ämtern *(honore praestent)* hervorgehoben werden soll.

3. *gravis est*] der häufige Gebrauch des Deutschen, Part. Präsent. von transit. Verb. als Adjektiva anzuwenden, ist im Lat. nicht statthaft, dafür Adjektiva: drückend: *gravis;* anstrengend: *acer;* beleidigend: *iniuriosus* u. s. w. Nicht selten da-

quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident.
4 itaque classes *si* habere atque ornare volumus populum Romanum, privatos sine recusatione remiges dare, nobismet ipsis
5 primum imperemus. aurum argentum aes signatum omne senatores crastino die in publicum conferamus, ita ut anulos sibi quisque et coniugi et liberis, et filio bullam, et quibus uxor filiaeve sunt, singulas uncias pondo auri relinquant;
6 argenti, qui curuli sella sederunt, equi ornamenta et libras pondo, ut salinum patellamque deorum causa habere possint,
7 ceteri senatores libram argenti tantum; aeris signati quina
8 milia in singulos patres familiae relinquamus: ceterum omne aurum argentum aes signatum ad triumviros mensarios extemplo deferamus nullo ante senatus consulto facto, ut volun-

gegen werden die Part. Praes. von intransitiven Verbis adjektivisch gebraucht: **24**, 25, 9 *indulgentes ministri*: willfährige Diener; **27**, 37, 13 *carmen nunc abhorrens;* ebenso **30**, 44, 6.

pro virili parte] dem einem Mann zukommenden Anteile gemäfs; = soviel ein Einzelner leisten kann; dafür auch **24**, 29, 6 *pro parte sua* und *pro parte* **29**, 5, 7.

5. *anulos*] als Standesabzeichen trugen die Senatoren nebst ihren Frauen und Kindern goldene Ringe, ebenso die Ritter; die plebs dagegen eiserne. Als Zeichen der Trauer erscheint das Ablegen dieser Ringe. **9**, 7, 8 *lati clavi, anuli aurei positi.*

et coniugi et liberis] Liv. verbindet entweder (am häufigsten) *coniuges ac liberi*, oder *coniuges liberique*, selten stehen beide Worte asyndetisch oder mit einfachem *et.*

filio] für den Sohn, d. h. für jeden Sohn, der Singular kollektiv, wie § 12 *remige.*

bullam] die Söhne der Senatoren trugen um den Hals eine runde, flache Kapsel von Gold; die der niederen Stände eine ebensolche von Leder, welche bei eintretender Grofsjährigkeit abgelegt und den Laren geweiht wurde.

uxor filiaeve] *ve* fafst die weiblichen Familienmitglieder ohne Unterschied zusammen, im Gegensatz zu den männlichen: Frau oder Töchter allein, oder beides zugleich.

singulas uncias pondo] für jedes weibliche Familienglied eine uncia Gold, obwohl die lex Oppia v. J. 215 verordnete **34**, 1, 3 *ne qua mulier plus semunciam auri haberet.*

6. *qui curuli sella sederunt*] es sind die senatores *magistratibus curulibus functi*, die ein höheres Ansehen genieſsen, als die *non functi* oder *pedarii* und ursprünglich auch äufserlich sich durch besondere Abzeichen kennzeichneten. **29**, 37, 1 *notati septem, nemo tamen qui sella curuli sedisset.*

equi ornamenta] gemeint sind die *phalerae*, kleine Metallplatten von Silber, auf dem Riemzeug der Pferde angebracht, die auch sonst als Schmuck der Nobilität erscheinen.

salinam patellamque] ein Salzfafs und eine Schale sind bei Opfern unentbehrlich; daher *deorum causa:* eine Ausnahme, die auch in der lex Oppia gemacht wurde **34**, 1, 3 *nisi sacrorum publicorum causa.*

7. *ceteri senatores*] die *curulibus magistratibus non functi*, erg. *habere possint;* sie behalten eine *libra* Silber, haben aber keine *phalerae.*

8. *triumviri mensarii*] dieselben werden **23**, 21, 6 *propter penuriam argenti* eingesetzt; eine Art Reichsbank, von der Geld geliehen werden konnte, die aber auch die Zahlungen des Staates an seine Gläubiger vermittelt, (**24**, 18, 12) und, nach unserer Stelle, Einzahlungen entgegennahm.

nullo ante senatus cons. facto] wie

taria collatio et certamen adiuvandae rei publicae excitet ad aemulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquae plebis. hanc unam viam multa inter nos collocuti consules 9
invenimus. ingredimini dis bene iuvantibus. res publica incolumis et privatas res facile salvas praestat; publica prodendo tua nequiquam serves'. in haec tanto animo consensum est, 10
ut gratiae ultro consulibus agerentur. senatu inde misso pro 11
se quisque aurum et argentum et aes in publicum conferunt tanto certamine iniecto, ut prima aut inter primos nomina sua vellent in publicis tabulis esse, ut nec triumviri accipiundo nec scribae referundo sufficerent. hunc consensum senatus 12
equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs. ita sine edicto, sine coercitione magistratus nec remige in supplementum nec stipendio res publica eguit; paratisque omnibus ad bellum consules in provincias profecti sunt.

Neque aliud tempus belli fuit, quo Carthaginienses Ro- 37
manique pariter variis casibus immixtis magis in ancipiti spe

ein solches dem Ausschreiben eines *tributum* vorangieng. **24**, 11, 7 *consules ex senatusconsulto edixerunt.*

certamen adiuvandae reip.] 'Wetteifer bei oder in der Unterstützung.' Der Gegenstand, worauf der Wetteifer sich richtet, ist wie bei *consilium, spes* etc. durch den Genitiv des Gerundivi ausgedrückt. **24**, 43, 3 *coniuratio deserendae Italiae.*

reliqua plebis] der übrigen, nämlich der *plebs. reliq.* dient nach Analogie des griechischen ἄλλος ebenso wie *ceteri* und *alii* hier zur Stärkung des Gegensatzes. c. **47**, 3 *cetera multitudo* u. oft.

9. *dis bene iuvantibus*] häufige sollenne Schlufsformel einer Rede, in welcher zu einem Unternehmen aufgefordert und die Hoffnung auf göttlichen Beistand für dasselbe ausgedrückt wird. **25**, 38, 22. **28**, 32, 12. **29**, 24, 7. c. 25, 13.

10. *in haec — consensum est*] *cons.* mit *in* und dem Accusat. bezeichnet die Richtung auf das Ziel des gemeinsamen Willens oder Beschlusses. **27**, 9, 6 *cons. in hoc.* Vgl. c. 2, 5 *omniumque in unum sententiae congruebant.*

11. *certamine iniecto*] erg.: *animis,* welcher Dativ bei Verbindungen mit *inicere* öfter fehlt: c. 4 8 *pavorem inicere.* **25**, 13, 12; *incutere pavorem* **27**, 42, 5.

in publicis tabulis esse] Behufs Kontrolle der Einzahlungen *(accipere)* und der späteren Rückzahlung wurden die Namen der Beisteuernden in ein Register *(public. tab.)* eingetragen *(referre in tabulas).*

sine coercitione] 'ohne Mafsregelung von Seiten der Beamten.' Das Strafrecht der Magistrate gegen Bürger, welche den Anordnungen der Behörden keine Folge leisteten, bestand in Verhängung von Geldstrafen, Pfändung, unter Umständen auch in Gefängnifsstrafe, und in älterer Zeit in körperlicher Züchtigung.

c. **37.** Übersicht über die damalige Lage der kriegführenden Parteien.

1. *pariter variis casibus immixtis*] *immiscere* hat sonst bei Liv. regelmäfsig den Dativ der Sache bei sich, in welche etwas hineingemischt wird, oder derselbe ist leicht zu ergänzen; so **43**, 10, 5 *ingens multitudo, turba immixta servili = multitudo, cui turba s. immixta erat.* Hier steht es absolut, wie sonst *permisceo* oder § 2 *luctum et laetitiam miscuerant.*

ac metu fuerint. nam Romanis et in provinciis, hinc in Hispania adversae res, hinc prosperae in Sicilia luctum et laetitiam miscuerant; et in Italia cum Tarentum amissum damno et dolori, tum arx cum praesidio retenta praeter spem gaudio fuit; et terrorem subitum pavoremque urbis Romae obsessae et oppugnatae Capua post dies paucos capta in laetitiam vertit. transmarinae quoque res quadam vice pensatae: Philippus hostis tempore haud satis opportuno factus, Aetoli novi adsciti socii Attalusque Asiae rex, iam velut despondente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginienses quoque Capuae amissae Tarentum captum aequabant, et ut ad moenia urbis Romanae nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti, pudebatque adeo se spretos, ut sedentibus ipsis ad Romana moenia alia porta exercitus Romanus in Hispaniam duceretur. ipsae quoque Hispaniae, quo propius spem venerant tantis duobus ducibus exercitibusque caesis debellatum ibi ac pulsos inde Romanos esse, eo plus, ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam redactam esse, indignationis praebebant. ita aequante

2—5. Erster Teil der Übersicht; Darlegung der Lage Roms. Mit *et — et — et — quoque* werden vier Glieder eingeführt, die in sich wieder mit *hinc — hinc, cum — tum, Roma — Capua, Philippus — Aetoli* je in zwei Hälften zerfallen.

luctum et laetitiam] alliterierende Verbindung, wie solche Liv. liebt u. in manchen Zusammenstellungen formelhaft verwendet. § 3 *damno et dolori.* § 4 *obsessae et oppugnatae.* **6**, 3, 4 *luctum lacrimasque,* ebd. § 6 *conglobandi coeundique.* **26**, 6, 16 *fame ferroque.* 49, 11 *cura cultusque.* c. 50, 13 *benignitate ac beneficiis;* c. 39, 11 *vi ac virtute* u. a.

3. *arx retenta*] 'die glückliche Verteidigung'; stehender Ausdruck von dem, was man mit Waffen behauptet, während der Feind anderes in Besitz nimmt. c. 39, 11 *retenta possessione arcis.* **23**, 30, 7 *arx tantum retenta.* **24**, 39, 7.

5. *quadam vice pensatae*] 'glichen sich durch ein gewisses Wechselverhältnis aus; wogen sich unter einander auf'. **27**, 40, 2 *adhuc adversa secundis pensando rem ad id tempus extractam esse (vice* in diesem Sinne bei Liv. nur Ablativ **7**, 31, 6. *vice fortunarum suarum).*

adsciti] *adsc.* steht entweder als verb. transit. mit Objektsaccusativ, oder mit *in* und *ad* verbunden, zur Bezeichnung des Verhältnisses, in das jem. aufgenommen wird: *gener adscitus; ad societatem, spem, in patriam, in familiam, in nomen adsciscere.*

6—9. Zweiter Teil der Übersicht; Lage der Karthager. Auch hier bildet Liv. vier Glieder, die mit *quoque — et — que — quoque* eingeführt werden und unter sich mit *Capua — Tarentum; ut — ita; ipsis — exercitus; quo — eo* je in zwei Hälften zerfallen.

in gloria ponebant] 'als rühmlich hinstellen, zum Ruhme sich anrechnen'. Vgl. **34**, 5, 3 *in dubio ponere* = als zweifelhaft hinstellen.

8. *propius spem — debellatum esse*] Nach den Verbis des Hoffens und verwandten Ausdrücken steht der Inf. Perf., um zu bezeichnen, dafs die Erwartung eine sichere und die Sache schon so gut wie abgemacht gewesen sei.

9. *aequante fortuna*] mit fehlendem Objekt, welches aus *omnia* entnommen werden kann; ungewöhnlich.

fortuna suspensa omnia utrimque erant integra spe, integro metu, velut illo tempore primum bellum inciperent.

Hannibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis quam defensa ab se multorum Italiae populorum animos averterat, quos neque omnes tenere praesidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat nec deductis praesidiis spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. praeceps in avaritiam et crudelitatem animus ad spolianda, quae tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit. id foedum consilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam: quippe ad plures exemplum quam *calamitas* pertinebat. nec consul Romanus temptandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat. Salapiae principes erant Dasius et Blattius; Dasius Hannibali amicus, Blattius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat et per occultos nuntios

velut] = *velut si,* wie auch *tanquam* ohne *si* bei Liv. nicht selten. **21**, 5, 1 *velut ei Italia provincia ..... decreta esset.* **24**, 5, 2 *velut — efficere vellet.*

c. **38.** Übergabe Salapias an die Römer.

animos averterat] 'hatte sie abwendig, abspenstig gemacht', aus dem Vorhergehenden ist *a se* leicht zu ergänzen. Vgl. § 7 *ab re aversus* = abgeneigt. Zu *averto* = abgeneigt machen: **21**, 19, 6 *averterent a Poenis.* **24**, 6, 9 *ab Romanis.* c. 29, 6 *ab Syracusanis* u. a.

carpere] ungewöhnlich statt *discerpere* oder *dividere;* nur noch **3**, 61, 13 *in multa proelia — carperent summam unius belli?* Zu *divido:* **34**, 11, 4 *ut dividendo exercitum minuere tuto vires posset.*

spei liberam] 'frei für Hoffnung', *obnoxiam timori:* 'der Befürchtung blofs gestellt'. — *liber* hat die Sache, für welche man frei ist, im Dativ ebenso vereinzelt bei sich wie *vacuus* z. B. **1**, 46, 9 *cum domos vacuas novo matrimonio fecissent* und **3**, 28, 7. Vgl. *liberius fingenti* § 10.

3. *praeceps in avaritiam et crudelitatem animus*] die Beurteilung von H.s Charakter ist durch Parteilichkeit der Quellen sehr erschwert; nach Polybius nannten ihn die Römer ὠμός, die Karthager φιλάργυρος = *crudelis* u. *avarus.* — *praeceps* drückt wie *pronus* mit *ad* und *in* eine entschiedene Neigung zu etwas aus; **25**, 35, 4 *ad ullam bonam spem pronior.* **29**, 14, 2 *proni ..... ad nuntianda prodigia.* **30**, 12, 18 *in Venerem praeceps.*

inclinavit] das Aktivum in medialer Bedeutung bei Liv. nicht selten. c. 40, 14 *omnia repente ad Romanos inclinaverant.* **24**, 8, 9 *favor inclinavit.* **27**, 6, 3. **24**, 28, 3.

4. *foedum*] ein bei Liv. öfter wiederkehrender Gedanke: vgl. *praefat.* § 10: *foedum inceptu, foedum exitu.* — *foedus* = sittlich schlecht, αἰσχρός; **32**, 26, 8. **40**, 4, 1.

5. *sicunde — spes se ostendisset*] *sicunde* = *si alicunde:* 'so oft von irgend woher'; das Wort kommt nur hier vor bei Liv.; *sicubi* mit dem Conj. iterativus dagegen **3**, 63, 3. **21**, 50, 3 *sicubi conserta navis esset.*

6. *Salapiae*] eine kleine Stadt in Apulien in der Nähe des adriatischen Meeres.

fovebat] eig. = warmhalten, pflegen, von Krankheiten entlehnt;

spem proditionis fecerat Marcello. sed sine adiutore Dasio
7 res transigi non poterat. multum ac diu cunctatus, et tum
quoque magis inopia consilii potioris quam spe effectus Dasium
appellabat. at ille, cum ab re aversus, tum aemulo poten-
8 tatus inimicus, rem Hannibali aperit. arcessito utroque Han-
nibal cum pro tribunali quaedam ageret mox de Blattio cogni-
turus, starentque summoto populo accusator et reus, Blattius
9 de proditione Dasium appellabat. enimvero ille velut in mani-
festa re exclamat, sub oculis Hannibalis secum de proditione
agi. Hannibali atque eis qui aderant, quo audacior res erat,
10 minus similis veri visa est: aemulationem profecto atque odium
esse, et id crimen adferri, quod, quia testem habere non
11 possit, liberius fingenti sit: ita inde dimissi sunt. nec Blattius
ante abstitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo
docendoque, quam ea res ipsis patriaeque salutaris esset, per-

häufig in übertragener Bedeutung = begünstigen, fördern. **24**, 36, 9 *ut suas res foventibus adderet animos.* **22**, 53, 4 *eos perditam spem fovere.* **29**, 31, 3 u. o.

7. *cunctatus et tum quoque*] 'nach langem Zaudern und selbst dann noch mehr aus Verlegenheit'; *tum quoque* ist nicht selten. Vgl. **35**, 31, 12 *tum quoque specie liberam Demetriadem esse.*

appellabat] *app.* häufig sich an jem. in einer bestimmten Absicht machen, zu etwas auffordern. **24**, 5, 10 *unum ex coniuratis, a quo ipse appellatus erat.* Auch 'mahnen': z. B. *appellare de pecunia.* Vgl. § 8 *de proditione appellabat.*

potentatus] einer älteren Latinität angehörig, doch auch bei Cic. u. Cäs. vertreten. Vgl. *dominatus* **24**, 4, 2. **30**, 33, 10 und *armatus* c. 5, 3. Gemeint ist wohl die Stelle eines ersten Beamten der kleinen Stadt.

8. *pro tribunali*] vgl. c. 27, 6. H. verfährt hier ganz in der Art eines römischen Prätors und es werden demgemäfs die der römischen Gerichtssprache angehörenden Ausdrücke gebraucht. — *cogniturus:* wie bei uns gerichtlich: 'erkennen'. c. 48, 8 *cognita causa.* **2**, 41, 10. **3**, 69, 6 u. oft. Auch absolut: **29**, 21, 8 *ibi se cum consilio cogniturum* und mit *de* § 11.

9. *enimvero*] 'ja wahrhaftig'; bezeichnet häufig das Eintreten unerwarteter Ereignisse, die den Unwillen erregen, meist zu Anfang des Satzes, bisweilen auch an zweiter Stelle hinter *id, tum, verum.* **24**, 31, 1 *enimvero conclamant.* **2**, 36, 6 *tum enimvero.* **22**, 25, 3 *id enimvero.* **24**, 5, 2 *verum enimvero.*

velut in manifesta re] 'als über eine handgreifliche Thatsache', *velut* statt des gewöhnlichen *ut.* So drückt *velut* und auch *tanquam* bei Liv. nicht selten nur die Ansicht aus, die jem. von einer Sache hat, z. B. **22**, 3, 12 *velut foedo omine.*

similis veri] bei Vergleichen von Personen setzt Liv. von äufserer Ähnlichkeit überwiegend den Dativ, von geistigen Eigenschaften den Genitiv; bei Vergleichen von Sachen mit Sachen den Dativ; in der Verbindung 'wahrscheinlich' wechseln beide Kasus. c. 49, 6 *simillima veris.*

liberius fingenti] 'der falschen Vorspiegelung einen weiteren Spielraum lasse'. Vgl. § 2 u. **30**, 32, 8 *liberum fingenti.*

11. *idem obtundendo docendoque*] *obtundo* bei Liv. dreimal angewendet. **2**, 15, 5 ohne Objekt: *non obtundam* = ich will nicht lästig fallen, (auch bei Cic.); **7**, 2, 9 *vocem obtund.* und hier mit *idem*: dasselbe in lästiger Weise vorbringen, jd. in den Ohren liegen.

vicit, ut praesidium Punicum — quingenti autem Numidae
erant — Salapiaque traderetur Marcello. nec sine caede multa 12
tradi potuit. longe fortissimi equitum toto Punico exercitu
erant. itaque quamquam improvisa res fuit, nec usus equorum
in urbe erat, tamen armis inter tumultum captis et eruptionem
temptaverunt, et cum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum 13
occubuerunt, nec plus quinquaginta ex iis in potestatem hostium
vivi venerunt. plusque aliquanto damni haec ala equitum 14
amissa Hannibali quam Salapia fuit; nec deinde umquam
Poenus, quo longe plurimum valuerat, equitatu superior fuit.
Per idem tempus cum in arce Tarentina vix inopia tolera- 39
bilis esset, spem omnem praesidium quod ibi erat Romanum
praefectusque praesidii atque arcis M. Livius in commeatibus
ab Sicilia missis habebant, qui ut tuto praeterveherentur oram 2
Italiae, classis viginti ferme navium Regii stabat. praeerat 3
classi commeatibusque D. Quinctius, obscuro genere ortus,
ceterum multis fortibus factis militari gloria illustris. primo 4
quinque naves, quarum maximae duae triremes, a Marcello ei
traditae erant (habuit); postea rem impigre saepe gerenti tres
additae quinqueremes; postremo ipse a sociis Reginisque et a 5

fortissimi equitum toto Punico exercitu] der Ablativ bezeichnet den Umfang des Gebietes, aus welchem die *equites* hervorgehoben werden; bei Liv. ziemlich oft. **28**, 35, 12 *caput rerum in omni hostium equitatu.* **37**, 29, 9 *longe omnium celerrimae tota classe.* **3**, 25, 5 *longe princeps in Aequis.*

improvisa res fuit] es kam unerwartet; c. 13, 9. **25**, 37, 12 *improvisa res* u. s. w.

13. *pugnantes ad ultimum*] *ad ult.* adverbiell; auch *ad extremum* **23**, 2, 4 *ad extrem. perditus* c. 20, 6 *fide ad ultimum expleta.* c. 30, 9 *in fide ad ultimum mansere.*

14. *longe plurimum valuerat*] obwohl H.s Überlegenheit zum weitaus gröfsten Teile auf Reiterei beruhte, hebt dies Liv. eigentlich nie entsprechend hervor; nur bei Beginn des Krieges **21**, 47, 1 *(proelium) quo facile apparuit, equitatu meliorem Poenum esse.*

c. **39.** Seeschlacht vor Tarent.

1. *vix inopia tolerabilis*] *vix* wird durch Zwischenstellung von *inopia* von seinem Adjektivum getrennt und dadurch gehoben: **7**, 38, 2 *neque ita rei gestae fama.*

2. *ab Sicilia:* die Präposit. bezeichnet die Richtung, von der die Sendungen herkommen.

stabat] = *in statione erat;* von Flotten mehrfach. **21**, 51, 3 *fama erat, stare ibi Punicam classem.* **22**, 19, 5 u. 56, 7.

3. *multis f. factis gloria m. illustris*] 'wegen vieler tapferer Thaten durch Kriegsruhm hervorragend'; die *fort. fact.* sind der Grund des Ruhmes.

5. *ipse exigendo*] Zu dem Ablativ des Gerundiums tritt bei Liv. wiederholt die vom Gedanken geforderte, aber vor Liv. nie sprachlich ausgedrückte Bezeichnung des handelnden Subjektes im Nominativ; eine kühne Neuerung entstanden aus dem Bestreben eine Wendung wie *τῷ αὐτὸς ποιεῖν* nachzubilden. Indessen beschränkt sich dieser Gebrauch auf *quisque, ipse, solus* und einzelne Zahlwörter **25**, 23, 11 *aestimandoque ipse secum.* **2**, 38, 6 *instigandoque suos ipse populos.* **24**, 5, 9 *tendendo duo ad Carthaginienses.*

a sociis Reginisque et a Velia et a Paesto] die griechischen Städte

Velia et a Paesto debitas ex foedere exigendo classem viginti
6 navium, sicut ante dictum est, effecit. huic ab Regio profectae
classi Democrates cum pari navium Tarentinarum numero quin-
decim milia ferme ab urbe ad Sapriportem obvius fuit. velis
7 tum forte improvidus futuri certaminis Romanus veniebat; sed
circa Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves in-
structamque et armatam egregie pro magnitudine navium
8 classem habebat. et tum forte sub idem tempus et venti vis
omnis cecidit et hostes in conspectu fuere, ut ad componenda
armamenta expediendumque remigem ac militem ad imminens
9 certamen satis temporis esset. raro alias tantis animis iustae
concurrerunt classes, quippe cum in maioris discrimen rei,
10 quam ipsae erant, pugnarent: Tarentini, ut recuperata urbe
ab Romanis post centesimum prope annum arcem etiam libe-
rarent, spe commeatus quoque hostibus, si navali proelio pos-
11 sessionem maris ademissent, interclusuros; Romani, ut retenta
possessione arcis ostenderent non vi ac virtute, sed proditione
12 ac furto Tarentum amissum. itaque ex utraque parte signo

Unteritaliens waren verpflichtet, Schiffe für Rom zu stellen. *a* bezeichnet bei *Velia* nur den Ort, von welchem die Handlung ausgeht. Vgl. § 1 *a Sicilia*.

ex foedere] nach der Matrikel *(formula)* über die Stellung von Kontingenten, welche bei allen Bundesgenossen vorhanden war. **27**, 10, 2 *ecquid milites ex formula paratos haberent.*

6. *ab urbe*] nämlich von Tarentum, eine Ausdrucksweise, die wohl aus der hier benutzten Quelle entnommen ist, sonst *ab urbe* stets = *a Roma*.

ad Sapriportem] nicht näher zu bestimmende Örtlichkeit.

7. *velis — veniebat*] 'fuhr mit Segeln, unter Segeln'; ein der modalen Bedeutung genäherter Ablat. instrum. **23**, 38, 2 *cum praeter Cumas velis ferrentur.* **28**, 30, 12 *velis transmittere.* Zu *venire* = fahren, segeln vgl. **21**, 49, 9 *sublatis armamentis veniebant.*

circa Crotonem Sybarimque] mit *que* zu einer Ortsbestimmung: wegen der benachbarten Lage verbunden (Syb. heifst sonst bei Liv. Thurii) die Städte sind nach **24**, 3 punisch; daher die Aushebung *circa* 'in der Umgegend' erfolgt.

supplev. remigio naves] statt *remigium navium supplere,* wie **23**, 5, 6 *nihil ne quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna* = nichts was wir durch Ergänzung vollzählig machen könnten.

8. *venti vis . . . cecidit*] *cado* vom Winde häufig **29**, 27, 10 *ventus cecidit.* **36**, 43, 11 *ceciderunt aquilones.*

componenda armamenta] 'zum Gefecht klar machen'; hier in erster Linie 'die Segel einziehen', indessen bezeichnet *armamenta* alles was zur Takelage und Ausrüstung gehört.

9. *iustae . . . classes*] Den *classes* werden *animi* beigelegt, indem die Eigenschaften der Menschen sich auf die Schiffe zu übertragen scheinen. **10**, 2, 12 *naves — hostem timentes.* **27**, 31, 3 *classis laeta* u. a.

quippe cum] 'natürlich da'; der kausalen Konjunktion ist zur Hervorhebung des Grundes *quippe* vorgesetzt; auch bisweilen bei Cicero.

11. *vi ac virtute*] beliebte alliterierende Verbindung, meist mit *ac,* selten mit *et.* Vgl. c. 37, 2. 'durch mutige That'. Gegensatz: *proditione ac furto* = 'durch tückischen Verrat'.

furto] bezeichnet heimliche, auf

dato cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent,
nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus navem
erat ferrea iniecta manu, ita conserebant ex propinquo pugnam,
ut non missilibus tantum, sed gladiis etiam prope collato pede
gereretur res. prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno 13
remigio circumagebantur. ita in arto stipatae erant naves, ut
vix ullum telum in mari vanum intercideret; frontibus velut
pedestres acies urgebant perviaeque naves pugnantibus erant. 14
insignis tamen inter ceteras pugna fuit duarum, quae primae
agminum concurrerant inter se. in Romana nave ipse Quinctius 15
erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico
modo sed privato etiam odio invisus atque infestus Romanis,
quod eius factionis erat, quae Tarentum Hannibali prodiderat.
hic Quinctium simul pugnantem hortantemque suos incautum 16
hasta transfigit, atque ille praeceps cum armis procidit ante
proram. victor Tarentinus in turbatam duce amisso navem 17
impigre transgressus cum summovisset hostes, et prora iam
Tarentinorum esset, puppim male conglobati tuerentur Romani,

Überlistung des Gegners abzielende Unternehmungen. c. 51, 12 heifst die Einnahme Neukarthagos *furtum.*

12. *navem inhibere*] den Lauf des Schiffes hemmen, rückwärts rudern. **37**, 30, 10 *cum divellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodii.*

indeptus] einer älteren Latinität angehörig; seit Plaut. u. Lucr. erst wieder bei Liv. = fafsen. **28**, 30, 12 *ceterasque, quas indepta esset, mulcasset;* vgl. das Simplex *apisci* **4**, 3, 7. *apiscendi summi honoris.*

ferrea iniecta manu] die Kämpfenden vermeiden Evolutionen, das *rostro ferire* und *remos detergere,* so dafs vermittelst der Enterbrücken *(ferrea m.)* der Kampf einer Landschlacht ähnlich wird.

13. *alieno remigio circumagebantur*] sie machten Schwenkungen nach dem Willen der Ruderer des Feindes, indem die stärkere Partei durch Rudern nicht nur ihr eigenes, sondern auch das damit verbundene feindliche Schiff Drehungen machen liefs. *circumagi* vgl. c. 8, 3.

15. *Nico*] **25**, 8 ohne den hier angegebenen Beinamen als Seele der punischen Partei in Tarent genannt.

publico — privato odio] nicht nur in seiner Eigenschaft als Tarentiner, sondern auch aus persönlichen Gründen war er verfeindet. Welcher Art diese Gründe waren s. **25**, 7, 14—8, 3.

invisus atque infestus] *inv.* bezeichnet die passive, *infestus* die aktive Seite des zwischen Zweien bestehenden feindseligen Verhältnisses, 'gehafst und selbst voll Hafs'. **2**, 56, 5 *invisum infestumque plebi.* **35**, 47, 4 *infestum invisumque.*

16. *atque ille*] wie sonst *atque ita ille* = und sofort fiel jener. **32**, 10, 8. **34**, 25, 9.

praeceps procidit] pleonastisch; *procidere* häufig von hochragenden Dingen. **21**, 14, 2 *turris prociderat.* **31**, 46, 15 *muri quoque pars prociderat.*

17. *hostes — hostium*] im ersten Falle sind mit *hostes* vom tarentinischen Standpunkte aus die Römer, im zweiten vom römischen Standpunkte aus die Tarentiner gemeint. Liv. nennt nicht selten vom gegnerischen Standpunkte aus die Römer *hostes.* **21**, 56, 7 *finis insequendi hostes* (nämlich *Romanos*). **22**, 4, 1 u. 5 *Poenus, ubi clausum lacu ac montibus . . . . . hostem habuit.*

male conglobati tuerentur] *globus* und davon *conglobare* bezeichnet häufig die unregelmäfsige Zusammenrottung von im Kampfe oder

18 repente et alia a puppe triremis hostium apparuit. ita in medio circumventa Romana navis capitur. hinc ceteris terror iniectus, ubi praetoriam navem captam videre; fugientesque passim aliae in alto mersae, aliae in terram remis abreptae mox praedae 19 fuere Thurinis Metapontinisque. ex onerariis, quae cum commeatu sequebantur, perpaucae in potestatem hostium venere, aliae ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela in altum evectae sunt.

20 Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quattuor milia hominum frumentatum egressa cum 21 in agris passim vagarentur, Livius, qui arci praesidioque Romano praeerat, intentus in omnes occasiones gerendae rei C. Persium impigrum virum cum duobus milibus et *quingentis* 22 armatorum ex arce emisit, qui vage effusos per agros palatosque adortus cum diu passim cecidisset, paucos ex multis trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus in urbem compulit, nec *multum afuit, quin* urbs eodem impetu caperetur. 23 ita aequatae res ad Tarentum, Romanis victoribus terra, Tarentinis mari. frumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

40 Per idem tempus Laevinus consul, iam magna parte anni circumacta, in Siciliam veteribus novisque sociis exspectatus cum venisset, primum ac potissimum omnium ratus Syracusis 2 nova pace inconditas componere res, Agrigentum inde, quod belli reliquum erat tenebaturque a Carthaginiensium valido 3 praesidio, duxit legiones. et adfuit fortuna incepto. Hanno

auf der Flucht Bedrängten. c. 40, 17 *conglobaverat Agathyrnam.* **22**, 5, 8 *fors conglobat.* **25**, 15, 15 u. oft.

18. *ceteris terror iniectus*] wie § 9 von den Menschen auf die Schiffe übertragen.

in terram remis abreptae] man liefs die Schiffe auflaufen. Vgl. **22**, 19, 12 *in litus ... naves egerunt.* **30**, 25, 8 *concitatam enim remis quanto maximo impetu poterant, in terram cum immisissent.*

19. *obliqua transferentes vela*] die Segel bald in dieser, bald in jener Richtung stellend, lavierend; vgl. Vergil: *obliquare vela in ventum.*

21. *intentus*] mit *in, ad* und dem Dativ gleichmäfsig oft bei Liv. verbunden: *ad* c. 44, 2. c. 46, 2. *in* c. 46, 4.

22. *vage effusos — palatos — passim*] hebt den Begriff des Zerstreutseins in breiter Weise hervor.

c. **40.** Beendigung des Krieges in Sicilien.

1. *sociis exspectatus*] Der Dativ der handelnden Person beim Passiv ist bei Liv. in weit gröfserem Umfange als bei Cicero angewendet, namentlich wenn, wie hier, ein Interesse der Person an der Handlung bezeichnet werden soll. **22**, 14, 9 *nobis dictator unicus — quaesitus.*

primum ac potissimum] formelhaft, sowohl im Komparativ als Superlativ. **21**, 11, 6 *primum aut potissimum.* **23**, 28, 1 *Italiae cura prior potiorque.*

nova pace inconditas res] vgl. **24**, 24, 2 *dum turbata omnia nova atque incondita pace essent.* Die Unterwerfung *(pax)* war erfolgt, aber die Verhältnisse infolge derselben noch nicht hinreichend geordnet.

3. *et adfuit*] 'und wirklich'. *et*

erat imperator Carthaginiensium, sed omnem in Muttine Numidisque spem repositam habebant. per totam Siciliam vagus 4 praedas agebat ex sociis Romanorum neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec, quin erumperet ubi vellet, prohiberi poterat. haec eius gloria quia iam imperatoris quoque famae 5 officiebat, postremo in invidiam vertit, ut ne bene gestae quidem res iam Hannoni propter auctorem satis laetae essent. postremo praefecturam eius filio suo dedit, ratus cum imperio 6 auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum. quod longe aliter evenit. nam veterem favorem eius sua insuper invidia 7 auxit; neque ille indignitatem iniuriae tulit confestimque ad Laevinum occultos nuntios misit de tradendo Agrigento. per 8 quos ut est facta fides compositusque rei gerendae modus, portam ad mare ferentem Numidae cum occupassent pulsis inde custodibus aut caesis, Romanos ad *id* ipsum missos in urbem acceperunt. et cum agmine iam in media urbis ac forum 9 magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud quam tumultum ac secessionem, id quod et ante acciderat, Numidarum esse,

am Anfang des Satzes bekräftigt vorausgegangenes, wenn das Verbum unmittelbar dahinter folgt; am häufigsten bei *sum* und weniger signifikanten Verben. **24**, 34, 1 *et habuisset.* **25**, 8, 9 *et erat.* **6**, 11, 9 *et erat.* **2**, 11, 6 *et sciere* u. 28, 8 *et apparebat.*

Muttine] **25**, 40, 5 heifst er: *vir impiger et sub Hannibale magistro omnes belli artes edoctus.*

4. *praedas agebat ex sociis*] aus dem Gebiete der B.; wie **29**, 4, 7 *praedas ingentes ex agro inermi — agentem.*

quin erumperet — prohiberi poterat] Liv. hat *prohibere* nur hier mit *quin;* nur **25**, 35, 6 mit *quominus;* bisweilen mit *ne* und in den meisten Fällen mit inf. oder accus. c. inf. verbunden; dagegen andere Verba des Verhinderns haben unbedenklich *quin:* c. 44, 9 *arcere, quin.* **2**, 19, 4 *sustineri non potuit, quin* u. a.

5. *famae officiebat*] Auch **25**, 40, 12 heifst Hanno *anxius gloriae eius (Muttinis).— officio:* eigentl. jemand das Licht verbauen, dann: in Schatten stellen. **38**, 58, 9 *ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis officeret.* Vgl. *praef.* 3.

6. *praefecturam*] seine Stelle als *praefectus;* d. h. hier nicht Kommandant einer *ala* (wie bei den Römern), sondern der numidischen Reiterei in Sicilien überhaupt. **25**, 40, 6 *huic (M.) Numidae dati auxiliares.*

7. *indignitatem iniuriae*] 'das Verletzende seiner Zurücksetzung'. Substantivierte Neutra des Deutschen sind häufig durch lat. Abstrakta wiederzugeben. *indignitas:* **1**, 34, 5. **2**, 7, 7 u. o.

8. *ut est facta — Numidae cum*] Vor dem zweiten temporalen Satze mit *cum* ist im Deutschen 'und' einzuschieben, während im Lateinischen zwei Sätze, die in verschiedenem zeitlichen Verhältnifs zum Hauptsatze stehen, demselben asyndetisch vorantreten. c. 48, 8. **25**, 15, 15 *cum accepissent — ubi viderunt.*

9. *non aliud quam*] 'es sei nur'. Auf *aliud* mit einer Negation folgt bei Liv. fast immer *quam;* nur selten *nisi:* **25**, 4, 5. **27**, 36, 4. **28**, 27, 5.

id quod] das Neutrum des Relativs 'was', welches sich auf den Inhalt eines ganzen Satzes bezieht, wird stets durch *id quod* ausgedrückt und dieser Relativsatz bei Liv. regelmäfsig zwischen die Worte, zu denen er gehört, eingeschoben. § 16 *id quod.* **3**, 26, 9 *operi certe, id quod constat, agresti intentus.*

10 ad comprimendam seditionem processit. atque ille, cum ei multitudo maior quam Numidarum procul visa (*esset*), et clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, priusquam
11 ad ictum teli veniret, capessit fugam. per aversam portam emissus adsumpto comite Epicyde cum paucis ad mare pervenit, nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam traie-
12 cerunt. alia multitudo Poenorum Siculorumque ne temptato quidem certamine cum caeci in fugam ruerent, clausique exitus
13 essent, circa portas caesa. oppido recepto Laevinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit, ceteros
14 praedamque vendidit; omnem pecuniam Romam misit. fama Agrigentinorum cladis Siciliam cum pervasisset, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. prodita brevi sunt viginti oppida, sex vi capta; voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadra-
15 ginta. quarum civitatium principibus cum pro cuiusque merito consul pretia poenasque exsolvisset coegissetque Siculos positis
16 tandem armis ad agrum colendum animos convertere, ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis Romae atque Italiae, id quod multis saepe tempestatibus fecerat, annonam levaret, ab Agathyrna inconditam multitu-
17 dinem secum in Italiam transvexit. quattuor milia hominum erant, mixti ex omni colluvione, exsules, obaerati, capitalia

10. *atque ille*] vgl. c. 39, 16. Das Deutsche verlangt eine Adversativpartikel.

ad aures accidisset] stehende Wendung des Liv., sowohl mit als ohne *ad aures* oder *auribus*. **24**, 46, 5 *accidens auribus*. **27**, 15, 16 *unde maxime terribilis accidebat sonus*.

11. *per aversam*] erg. *ab hoste;* vgl. **24**, 17, 3 *per aversam .... ab hoste portam*, aber **4**, 46, 6 *per aversam portam*.

nacti opportune] 'sie erreichten noch rechtzeitig'. *nanciscor* stets von glücklichen Zufällen, hat *opportune* pleonastisch bei sich; wie *praecipitata raptim* **31**, 32, 2. Vgl. c. 17, 8 *data sedulo opera*.

de qua] nimmt in erster Linie auf die Kriege mit den Römern, dann aber auch auf die mit den Sikulern Rücksicht.

13. *praedamque*] 'und überhaupt die Beute'; der Staat erhält den gesamten Erlös, ohne die sonst üblichen Abzüge an die Soldaten, wegen der Finanznot.

14. *prodita — vi capta — voluntaria d.*] scheidet drei Klassen; in der ersten lieferten einzelne Personen die Städte aus und erlangten für sich Schonung, für die übrigen Bewohner aber nicht, wie in Syracus, Agrigent; in der zweiten wird nach strengem Kriegsrecht verfahren; die dritte Klasse verliert ebenfalls ihre Selbständigkeit und zahlt ein *vectigal*, den Zehnten.

16. *incolarum*] der Landesbewohner = *cultorum*; wie **21**, 38, 9 *incolae iugi eius;* ohne den sonst damit verbundenen Nebenbegriff der bürgerlichen Nichtberechtigung.

alimentis frugifera] 'für die Ernährung ausreichend ergiebig'; Adjektiv mit Dativ der Bestimmung. **27**, 5, 5. *frugiferam ipsis cultoribus*.

mixti ex omni colluv.] *colluv.* stets in verächtlichem Sinne. **28**, 12, 3 *mixti ex colluvione omnium gentium*. **30**, 35, 7.

exules obaerati capitalia ausi] landesflüchtige Menschen, die verschuldet und meist schon in ihrer Heimat gemeine Verbrecher gewesen waren und auch jetzt u. s. w. Die Worte bestimmen den Charakter der *colluvio* näher und geben zugleich die Hauptgründe *(ex variis causis)* ihres Aufenthaltes in Agathyr. an.

ausi plerique cum in civitatibus suis ac sub legibus vixerant, et postquam eos ex variis causis fortuna similis conglobaverat Agathyrnam, per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. hos 18
neque relinquere Laevinus *in* insula tum primum nova pace coalescente velut materiam novandis rebus satis tutum ratus est, et Reginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum adsuetam latrociniis quaerentibus manum. et quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum est.

In Hispania principio veris P. Scipio, navibus deductis 41
evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque ostium inde Hiberi fluminis petere iubet. eodem le- 2
giones ex hibernis convenire cum iussisset, ipse cum quinque milibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. quo cum venisset, adloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus contione advocata ita dis-
seruit: 'nemo ante me novus imperator militibus suis, prius- 3
quam opera eorum usus esset, gratias agere iure ac merito potuit: me vobis, priusquam provinciam aut castra viderem, 4
obligavit fortuna, primum quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuosque fuistis, deinde quod amissam tanta 5
clade provinciae possessionem integram et populo Romano et successori mihi virtute vestra obtinuistis. sed cum iam beni- 6

18. *coalescente*] 'von der Zerrissenheit sich erholend, zu einem kräftigen Ganzen werdend'; ein häufiges Bild: **1**, 11, 2 *respublica*. **29**, 31, 3. *regnum*. **2**, 48, 1 *animi*. Das durch *coalescere* erreichte Ziel steht dabei auch mit *in* und dem Accus. **1**, 8, 1 *in populi unius corpus*.

velut materiam nov. rebus] gleichsam als Brennstoff für Umwälzungen. *novare res*. **27**, 24, 7. **28**, 36, 6 u. o.

usui futuri erant] 'es war ihrer Beschaffenheit nach zu erwarten, daſs'. Das Part. Futur. drückt eine in der Beschaffenheit der Sache liegende Bestimmung oder ein geeignetsein zu etwas aus c. 5. 2. *documento futurae*. **2**, 10, 11 *plus famae habituram*. **3**, 58, 2. **21**, 21, 6 *bellum ingentis gloriae praedaeque futurum*.

c. **41—51**. Scipios Thaten in Spanien.

c. 41. Rede des Scipio.

2. *superfuerant*] *superesse* = *superstitem esse;* **9**, 38, 3 *quae superfuit caedi (multitudo)*. Das Plusquamp. wie **2**, 7, 5 *consuli deinde, qui superfuerat* = welcher der überlebende war; *superfui*: ich bin übrig geblieben, überlebe.

3—7. Einleitung der Rede. Sie enthält § 3—5 *captatio benevolentiae;* § 6 Andeutung Scipios in der Offensive liegenden Kriegsplanes; § 7 Ankündigung des Themas.

4. *obligavit fortuna*] 'hat mich zu Eurem Schuldner gemacht, Euch verpflichtet'. c. 49, 8 *metu obligare homines;* häufig *fidem obligare*. **22**, 22, 14. **29**, 16, 2. **30**, 12, 18. Vgl. das Gegenteil: *exsolvere f.* c. 31, 10.

ea pietate] 'von solcher, von der bekannten Gesinnung'. Vgl. c. 27, 10 *eo animo*.

gnitate deum id paremus atque agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed ne Poeni maneant, nec ut pro ripa Hiberi stantes arceamus transitu hostes, sed ut ultro transeamus trans- 7 feramusque bellum, vereor ne cui vestrum maius id audaciusque consilium quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum 8 aut pro aetate mea videatur. adversae pugnae in Hispania nullius in animo quam meo minus obliterari possunt, quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium, ut aliud 9 super aliud cumularetur familiae nostrae funus, interfecti sunt; sed ut familiaris paene orbitas ac solitudo frangit animum, ita publica cum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet. ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis 10 omnibus bellis victi vicerimus. vetera omitto, Porsinnam, Gallos, Samnites: a Punicis bellis incipiam. quot classes, quot 11 duces, quot exercitus priore bello amissi sunt! iam quid hoc bello memorem? omnibus aut ipse adfui cladibus, aut quibus afui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasumenus,

7. *pro ripa*] die Präposition *pro* = vorn an (an der Küste), geht nicht selten aus der räumlichen Bedeutung in die „zum Schutze" über. **24**, 11, 5 *pro Calabriae litoribus in statione.* **25**, 11, 4 *statio quae pro opere erat.*

stantes] unbeweglich stehend, Bezeichnung des Stand haltenden und sich auf Abwehr beschränkenden Kämpfers **22**, 5, 1 *stare ac pugnare iubet.*

transeamus transferamusque bellum] die synonymen Ausdrücke verstärken den Begriff der Offensive. Vgl. c. 12, 14 *coeundo conferundoque . . . . castra.*

vereor ne cui] Eigentliche Ankündigung des Themas *(propositio)* verbunden mit einer Disposition *(partitio)*. Das Thema ist: eine kräftige Offensive ist nicht zu schwer 1) *pro memoria cladium.* 2) *pro aetate mea.*

8—17. Erster Hauptteil: Es ist Roms Schicksalsbestimmung, nach anfänglichen Niederlagen Siegerin zu werden; Beispiel besonders die punischen Kriege.

8. *adversae pugnae*] Ausführung des ersten Hauptteiles, welcher asyndetisch mit Vorantritt des Hauptbegriffes eingeführt wird.

nullius in animo quam meo minus] eigentümlich freie Wortstellung, bei welcher der Komparativ hinter *quam* tritt und zugleich die Präposition nicht wiederholt wird. **25**, 25, 7 *de quorum precibus quam postulatis magis* u. öfter.

quippe] Das Relativ bei *quippe* mit dem Ind. z. B. **8**, 26, 5 *quippe qui inermes . . rediere.* **3**, 6, 6 *quippe quibus . . . . bellum sustinendum erat;* doch überwiegt in Relativsätzen der Konjunktiv.

aliud super aliud] Die rhetorische Steigerung läfst aufser Acht, dafs *alius* hier von nur zwei *clades* gebraucht ist. c. 5, 6 *alia — alia.*

9. *ea fato quodam*] eine Lieblingssentenz römischer Schriftsteller. **27**, 14, 1 *seu vicit (Romanus) ferociter instat victis, seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* **9**, 3, 12 *ea est gens Romana, quae victa quiescere nequeat.*

11. *iam quid hoc bello memorem*] Aus dem vorhergehenden ist ein Begriff wie *amissum esse* oder *accidisse* zu ergänzen.

adfui — afui] absichtlicher Gleichklang. **8**, 36, 2 *seu adesset an abesset.* — Scipio war zugegen in Oberitalien am Ticinus (und vielleicht auch an der Trebia) ebenso

Cannae — quid aliud sunt quam monumenta occisorum exercituum consulumque Romanorum? adde defectionem Italiae, 12 Siciliae maioris partis, Sardiniae; adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem ac moenia Romana posita, et visum prope in portis victorem Hannibalem —: in hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis virtus populi Romani; haec omnia strata humi erexit ac sustulit. vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti 13 Hasdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre coniunxisset, nullum iam nomen esset populi Romani, ductu auspicioque patris mei obstitistis; et hae secundae res illas adversas sustinuerunt. nunc benignitate deum omnia secunda, 14 prospera, in dies laetiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur; in Sicilia Syracusae Agrigentum captum, pulsi tota in- 15 sula hostes receptaque provincia in dicione populi Romani est; in Italia Arpi recepti, Capua capta; iter omne ab urbe Roma 16 trepida fuga emensus Hannibal, in extremum angulum agri

bei Cannae; mit *afui* ist, wie *sensi* zeigt, wohl besonders die Niederlage in Spanien gemeint.

12. *adde — adde*] 'ferner', rhetorisch affektvoll; *adde* hat meist *huc* vor oder hinter sich und führt ein neues Moment als Objektsaccusativ ein; auch in der Anrede an mehrere Personen stets im Singular, wie c. 13, 6 *age — repetite.*

ruina rerum] Zur Bezeichnung einer zusammenbrechenden Macht wählt Liv. gern Ausdrücke von dem Bilde eines zerfallenden Hauses. **27**, 40, 3 *cum . . . . . praecipitasset Romana res, prospera in Hispania bella prolapsam eam erexisse.* Praef. § 9 u. weiter unten § 17 *sustinere labantem fortunam.*

13. *nullum — esset*] *nullus* bei *esse, venio* u. a. dient zur Verstärkung der Negation: 'überhaupt nicht'. **28**, 17, 8 *(res) Poenis — in Hispania nullae iam erant.* **32**, 35, 2 *Philippus nullus usquam.*

hae — illas] in räumlichem Sinne. *sustinuerant:* gaben einen Rückhalt, waren eine Stütze. § 17 *sustinuisse.* Vgl. **39**, 9, 6 *sustineri municipentia* = unterstützt werden. **1**, 12, 2 *rem R. sustinere.* **30**, 18, 4 *proelium sustinere* = das Treffen aufrecht erhalten.

14. Nachdem die Richtigkeit des Satzes *victi vicimus* im allgemeinen und speciell an dem bisherigen Verlauf des Krieges erhärtet worden ist, kommt der Redner zu dem Schlusse, dafs, da bisher das *vinci* eingetroffen sei, ihnen nun nur noch das *vincere* zu thun übrig bleibe.

secunda prospera, laetiora meliora] *sec. prosp.* bezeichnen die Ereignisse als eine Wendung zum Besseren, = günstig, vorteilhaft; *laetiora meliora* als für die eigene Partei ersprieſslich: glücklich und erfreulich. c. 40, 5 *satis laetae r.* c. 41, 17 *secunda laetaque.* § 18 *laeta ac prospera.* **22**, 23, 3 *laeto verius dixerim, quam prospero eventu.*

15—16 als Gegenstück der §§ 11 bis 12 genannten Niederlagen folgt eine Aufzählung der Siege; der Beginn des *vincere.*

Agrigentum c.] eine kleine Ungenauigkeit des Liv., durch rhetorische Zwecke veranlafst; der Redende konnte von diesem c. 40 erzählten Ereignisse nicht wohl schon in Kenntnifs gesetzt sein.

16. *in extremum angulum*] 'in den entferntesten Winkel'; bildliche Bezeichnung völliger Machtlosigkeit. **28**, 42, 18 *extremus angulus agri Bruttii.* **29**, 5, 9 *Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat.*

Bruttii compulsus, nihil iam maius precatur deos, quam ut
17 incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. quid
igitur minus conveniat, milites, quam, cum aliae super alias
clades cumularentur, ac di prope ipsi cum Hannibale starent,
vos hic cum parentibus meis — aequentur enim etiam honore
nominis — sustinuisse labantem fortunam populi Romani; nunc
eosdem, cum illic omnia secunda laetaque sunt, animis de-
18 ficere? nuper quoque quae acciderunt, utinam tam sine meo
luctu quam ***. nunc dii immortales imperii Romani praesides,
qui centuriis omnibus, ut mihi imperium iuberent dari, fuere
auctores, iidem auguriis auspiciisque et per nocturnos etiam
19 visus omnia laeta ac prospera portendunt. animus quoque
meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, praesagit nostram
Hispaniam esse, brevi extorre hinc omne Punicum nomen
20 maria terrasque foeda fuga impleturum. quod mens sua sponte
divinat, idem subicit ratio haud fallax. vexati ab iis socii

ut incolumi] das Adjektiv in Attraktion an den bei *licet* erforderlichen Dativ der Person steht wiederholt bei Liv. trotz der Weglassung eben dieses Dativs; jedoch beschränkt auf den Fall, dafs dieser Dativ der des Pron. Person. ist. **3**, 50, 6 *si liberae vivere — licitum fuisset.*

17. *quid igitur minus conveniat*] 'da Ihr es im Unglück ausgehalten habt, solltet Ihr es im Glück nicht können?' argumentum a maiore ad minus: *An vos labantem fortunam sustinuistis, laeta ac prospera fortuna animis deficietis?*

cum H. starent] zur Konstruktion vgl. **23**, 8, 3 *cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum foedus steterat.*

honore nominis] die eigentliche Amtswürde *(honor)* war nicht bei beiden gleich; vgl. c. 2, 6; aber die ihrem Andenken gezollte Ehre *(h. nominis)* soll gleich sein.

eosdem] nimmt das vorausgegangene *vos* mit Nachdruck und einem gewissen Gegensatz wieder auf: jetzt dagegen. § 18 *iidem.* **2**, 12, 2 *populum Romanum servientem, — liberum eundem.*

18. *sine meo luctu quam*] Hier ist eine Lücke in den Handschriften, durch welche der Übergang zum zweiten Teile: *maius consilium quam pro aetate mea* verloren gegangen ist. Zur Widerlegung des Vorwurfes, dafs er jung sei, scheint der Redner sich auf den ihm besonders eigentümlichen, göttlichen Beistand berufen zu haben.

nocturnos visus] Silius Italicus erzählt ausführlich von einem Traume des Scipio, in welchem sein gefallener Vater ihn zu seinem Unternehmen aufmunterte.

omnia laeta ac prosp.] alles mögliche Gute, nur Gutes und Günstiges. **24**, 16, 10 *cum — bona omnia — precarentur.*

portendunt] *alicui aliqd. port.* aus der Sakralsprache entlehnt, nur von Dingen göttlicher Vorbedeutung. **21**, 29, 4 *victoriam Romanis portendit.* **29**, 11, 5 *(oraculum) quam sibi spem populoque Romano portenderet.*

praesagit] vorausspüren, ahnen; meistens *animus praesagit.* **25**, 35, 3. **29**, 10, 7. Doch auch *praesagire animo.* **30**, 20, 5.

20. *sua sponte*] häufig von leblosen, unbeseelten Dingen = ohne äufsere Veranlassung. c. 45, 8 *sua sponte cedente in mare aestu.* **27**, 11, 3 *signum — in manum sua sponte delapsum.* **9**, 41, 17 *clamor sua sponte ortus.*

Es folgt der zweite Beweis dafür, dafs der Redner für sein Unternehmen nicht zu jung sei, bestehend in Mit-

nostram fidem per legatos implorant; tres duces discordantes,
prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversis-
simas regiones distraxere: eadem in illos ingruit fortuna, quae 21
super nos adflixit, nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab
Celtiberis nos, et diduxere exercitus, quae patri patruoque meo
causa exitii fuit. nec discordia intestina coire eos in unum 22
sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. vos modo, milites,
favete nomini Scipionum, suboli imperatorum vestrorum velut
accisis recrescenti stirpibus. agite, milites veteres, novum 23
exercitum novumque ducem traducite Hiberum, traducite in
terras cum multis fortibus factis saepe a vobis peragratas.
brevi faciam ut, quem ad modum noscitatis in me patris pa- 24
truique similitudinem oris vultusque et lineamenta corporis,
ita ingenii fidei virtutisque effigiem vobis reddam, ut revixisse 25
aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.'

Hac oratione accensis militum animis, relicto ad praesi- 42
dium regionis eius M. Silano cum tribus milibus peditum et
trecentis equitibus, ceteras omnes copias — erant autem viginti
quinque milia peditum, duo milia quingenti equites — Hiberum
traiecit. ibi quibusdam suadentibus, ut, quoniam in tres tam 2
diversas regiones discessissent Punici exercitus, proximum ad-
grederetur, periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes
contraheret, nec par esset unus tot exercitibus, Carthaginem

teilung seiner fehlerlosen Berechnung von der Lage der Feinde. In betreff derselben stellt er fest 1) den Abfall der Bundesgenossen, 2) die Zwietracht der Führer. Aus diesen beiden Momenten zieht § 21 die Summe. — Beachte die Häufung der Begriffe der Trennung, *discordantes — alii ab aliis — trifariam — diversus — distraxere.*

alii ab aliis] der Plural, weil hinter jedem der drei Führer sein Heer zu denken ist. Vgl. § 8 u. 17 *aliud super aliud.*

prope ut] = *ut prope,* sowie *vix ut* häufig statt *ut vix.* **40**, 8, 14 *prope ut puderet regii nominis.*

21. *ingruit*] Asyndeton *summativum;* das Präsens stellt den Erfolg als gewifs hin. Zu *ingruo* vgl. c. 25, 10.

22. *suboles*] wie *progenies* von einer Person meistens dichterisch. **40**, 6, 4 *fortunati patris matura suboles.*

velut accisis recrescentem stirpibus] 'dem frischen Reis aus schon gefälltem Stamme', ein bei Liv. beliebtes Bild. **24**, 45, 3 *quoniam res R. — velut resurgere ab stirpibus videatur.* **6**, 1, 3 *velut ab stirpibus renatae urbis.*

24. *noscitatis*] in der dritten Dekade nur hier und **22**, 6, 3 *facie quoque noscitans consulem;* häufiger in der ersten.

similitudinem oris vultusque] *oris* = des Gesichtes, *vultus*: des Gesichtsausdruckes. Vgl. **21**, 4, 2 vom Hannibal: *Hamilcarem iuvenem redditum sibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri.*

c. **42**, 2. *nec par esset*] Bei Liv. werden namentlich Absichts- und Befehlssätze, an die ein zweites negirtes Glied sich anschliefst, mit *nec* fortgesetzt, wenn diese Fortsetzung nur eine weitere Ausführung der ersten Satzhälfte ist. **25**, 9, 4. **1**, 2, 4 u. oft.

Carthaginem novam] Liv. liebt es zwar, bei Ortsnamen, die aus Substantiv und Adjektiv bestehen, das

3 novam interim oppugnare statuit, urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam — ibi
4 arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniae obsides erant —, sitam praeterea cum opportune ad traiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantaevis classi et nescio an unum in
5 Hispaniae ora, qua nostro adiacet mari. nemo omnium, quo iretur, sciebat praeter C. Laelium. is classe circummissus ita moderari cursum navium iussus erat, ut eodem tempore Scipio
6 ab terra exercitum ostenderet et classis portum intraret. septimo die ab Hibero Carthaginem ventum est simul terra marique. castra ab regione urbis, qua in septemtrionem versa est, posita; his ab tergo — nam frons natura tuta erat — duplex vallum
7 obiectum. etenim sita Carthago sic est: sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo vento oppositus, ad duo milia et quingentos passus introrsus retractus, paulo plus mille

Adjektivum voranzustellen, und sagt auch häufig *Nova Carthago:* c. 47, 1. **28**, 17, 5 u. 18, 12. Doch mindestens ebenso oft *Carthago Nova:* **28**, 17, 11 u. 36, 4. **21**, 38, 1.

3. *urbem cum ipsam opulentam suis opibus*] *ipsam = per se,* an und für sich. **22**, 14, 13 *classem impeditam suomet ipsam instrumento oppressere.* Die Verbindung *opulentus suis opibus* ist bei Liv. nicht weiter nachweisbar.

bellico apparatu plenam] *appar.* stets kollektiv im Singular, bezeichnet entweder die Ausrüstungsgegenstände, c. 42, 6. c. 47, 5 *captus et apparatus ingens belli,* oder die Maſsregeln, das Verfahren der Ausrüstung, c. 51, 7 *urbs ipsa strepebat apparatu belli*, **21**, 8, 2 *ab apparatu operum — nihil cessatum* u. oft.

4. *super portum*] das Lateinische bezeichnet die an einem Flufs, See, Meer gelegenen Orte als über der Wasserlinie befindlich durch *super;* frz. *sur Seine, sur mer*, **21**, 5, 9 *super ripam,* **28**, 37, 9 *super portum — castra locant.* **32**, 15, 8 *super Peneum.*

amplus — classi] geräumig für eine Flotte; in der Verbindung mit einem Dativ des Zweckes nur hier.

nescio an] = *haud scio an*; adverbiell und ohne Einfluſs auf die Konstruktion des Satzes. Vgl. **23**, 16, 16 *ingens eo die res ac nescio an maxima illo bello gesta est*; mit Konjunktiv **2**, 2, 2 *nescio an .... modum excesserint.*

adiacet mari] eine von der unsrigen abweichende Ortsbezeichnung: wo sie von unserem Meere begrenzt, bespült wird. *adiacere* c. dativ. **10**, 31, 2 *Volturno flumini.*

6. *septimo die*] Bei der weiten Entfernung vom Ebro nach Neukarthago (2600 Stadien) eine kaum glaubliche Angabe; es müſsten denn sonst täglich 300—400 Stadien (9 Meilen) zurückgelegt worden sein.

ab regione] der Stadt in nördlicher Richtung gegenüber; auf der schmalen Halbinsel, welche dieselbe mit dem Festlande verbindet; sonst *e regione* c. 5, 8 *e regione Volturni amnis.* **32**, 23, 14 *e regione portae.*

7. *Africo vento*] griechisch *Λίψ*, auch *Africus* allein: Südwestwind. **30**, 24, 7 *versus in Africum.*

introrsus retractus] zurückgelegen, eig. von einem Orte, der sich von der See gleichsam zurückzieht: **36**, 21, 5 *emporium est, in intimo sinu retractum*; doch auch vom Meerbusen berechtigt, insofern Land und Wasser zu demselben gehört. 36, 17, 11 *intra penitus retractis castris.* **34**, 9, 2 *retractior a mari .... murus.* deutsch: 'sich in das Land hineinziehend'.

passuum in latitudinem patens. huius in ostio sinus parva 8
insula obiecta ab alto portum ab omnibus ventis praeterquam Africo tutum facit. ab intimo sinu paeninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta mari; ab occasu stagnum claudit paulum et ad septemtrionem fusum, incertae altitudinis utcumque exaestuat aut deficit mare. continenti urbem iugum ducentos fere et 9
quinquaginta passus patens coniungit. unde cum tam parvi operis munitio esset, non obiecit vallum imperator Romanus, seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe 10
ad moenia urbis recursus pateret. cetera, quae munienda erant, 43
cum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit; circumvectusque classem cum monuisset praefectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent, omnia ubique primo obsessum hostem conari, re- 2
gressus in castra, ut consilii sui rationem, quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet et spem potiundae cohortando faceret, contione advocata ita disseruit: 'ad urbem unam oppugnandam si quis vos adductos 3
credit, is magis operis vestri quam emolumenti rationem exactam, milites, habet. oppugnabitis enim vere moenia unius

8. *huius in ostio sinus*] Liv. stellt das Pronomen, namentlich das relative, gern vor die Präposition, eine Wortstellung, die mit seinem Streben zwischen abhängige Genitive einen präpositionalen Ausdruck zu schieben, zusammenhängt: **1**, 9, 13 *cuius ad solemne .... venissent.*

obiecta ab alto] **37**, 23, 7 *obiectum ab alto. ibid.* c. 11, 8, dagegen **30**, 24, 9 *insula ea sinum ab alto claudit.*

praeterquam] vgl. c. 13, 14. **21**, 8, 10 *praeterquam ad extremum.* **2**, 56, 7 *nihil praeterquam de lege loqui —.* Über die vor *Africo* fehlende Präposition: c. 41, 8 *nullius in animo, quam meo.*

paeninsula excurrit] **32**, 23, 10 *promonturium — in altum excurrens.* **37**, 31, 9 *lingua — excurrens.*

tumulus is ipse] Apposition zu *paeninsula*: auf dieser Halbinsel liegt die Anhöhe.

utcunque] je nachdem; auch mit dem Konjunktiv der Wiederholung. **21**, 35, 2 *utcunque locus — oportunitatem daret.*

exaestuat] dichterisch, bei Liv. nur hier.

9. *unde cum — munitio esset*] 'obwohl auf dieser Seite'; lateinisch: *munire ab aliqu. parte,* z. B. **2**, 2, 2 *nimis undique — (libertatem) muniendo.*

10. *recursus*] = *receptus*; wie namentlich das Verbum *recurro* in diesem Sinne **31**, 36, 9 *ad castra recursuri videbantur.*

c. **43**, 1. *cetera*] Worin dies besteht, ist nicht klar, doch könnte man es auf Anlage von Flankendeckungen beziehen, da c. 42, 6 im Rücken ein doppelter u. § 9 in der Front gar kein Wall errichtet wird.

praefecti navium] die Befehlshaber der einzelnen Schiffe, welche *socii* waren; der Kommandant der ganzen Flotte C. Laelius heifst c. 48, 7 *praefectus classis* (vgl. *praefectura* c. 40, 6) ohne daſs er darum auch für einen *socius* gehalten werden muſs.

omnia ubique] alles, wo es auch immer sei, auf allen möglichen Punkten. Vgl. *omnes ubique Graecae urbes* **33**, 34, 3, sonst: *omnes, quae (qui) ubique sunt.* **34**, 58, 9.

3. *rationem exactam habet*] hat

4 urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. hic
sunt obsides omnium nobilium regum populorumque; qui simul
in potestate vestra erunt, extemplo omnia quae nunc sub Car-
5 thaginiensibus sunt, in dicionem tradent; hic pecuniae omnis
hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quippe
qui mercenarios exercitus alant, et quae nobis maximo usui
6 ad conciliandos animos barbarorum erit; hic tormenta, arma
omnis apparatus belli est, qui simul et vos instruet et hostes
7 nudabit. potiemur praeterea cum pulcherrima opulentissimaque
urbe, tum opportunissima portu egregio, unde terra marique,
quae belli usus poscunt, suppeditentur. quae cum magna ipsi
8 habebimus, tum dempserimus hostibus multo maiora. haec
illis arx, hoc horreum, aerarium, armamentarium, hoc omnium
rerum receptaculum est; huc rectus ex Africa cursus est; haec
una inter Pyrenaeum et Gades statio; hinc omni Hispaniae
44 imminet Africa.*** armaverat. cum terra marique instrui oppu-
2 gnationem videret, et ipse copias ita disponit: oppidanorum duo

eine prüfende Berechnung angestellt; ungewöhnlicher Ausdruck statt *rationem inire*. c. 4, 4. **23**, 25, 6. **28**, 8, 3. *exigere* = berechnen: *numerum exigere*, **3**, 5, 12, und prüfen **34**, 62, 11 *originem iuris exigere*. **34**, 31, 17.

in una urbe] in, durch und mit der Einnahme; ein in Prosa seltener Ausdruck. Vgl. **38**, 14, 5 *in corona aurea XV talenta adferebant*. **8**, 34, 6 *neu populus in se — dictatorem — exstinguat*.

4. *regum populorumque*] formelhafte Verbindung: monarchische Staaten und Republiken. **24**, 49, 2 *reges populosque Africae*. **21**, 43, 11 *incluti populi regesque*.

6. *nudabit*] erg. *opibus*. **42**, 50, 8 *nudatus ad extremum opibus*. **9**, 31 12 *hostem nudatum urbibus*. Gewöhnlich hat *nudare* im Aktivum die Sache, welche durch Blofsstellen gefährdet wird, als Objekt bei sich. c. 44, 6 *nudata defensoribus moenia*. c. 45, 8 *nudare vada*. **27**, 14, 7 *nudare aciem*.

quae belli usus poscunt] was der Kriegsbedarf erheischt. Vgl. **22**, 12, 8 *usus necessarii cogunt*. **6**, 25, 9 *qua quemque suorum usuum causae ferrent*.

dempserimus] *dem.* = von einem Ganzen einen Teil wegnehmen, mit Rücksicht auf das ihnen noch immer übrig bleibende; man erwartet eher: *adimo*, was von gewaltsamem Wegnehmen nach erfolgtem Kampfe das Gewöhnliche ist. c. 31, 9.

8. *haec — hoc — hoc*] hieran, an dieser Stadt hatten jene eine Veste, einen Speicher, Schatzhaus, Waffenplatz. **29**, 22, 3 *armamentaria et horrea*. **37**, 27, 1 *id erat horreum Romanis*.

omnium r. receptaculum] ein Stapelplatz. **34**, 29, 2 *Gythium oppidum omnium rerum maritimarum Lacedaemoniis receptaculum esse*.

huc rectus cursus] *rectus* bezeichnet die gerade Linie sowohl in horizontaler, als in vertikaler Richtung. **21**, 36, 1 *recta saxa*. **38**, 20, 5 *rectae prope rupes*. Vgl. *recto itinere* = geradeswegs.

statio] hebt die Bedeutung des Hafens für die Kriegsmarine besser hervor, als es *portus* thun würde. **27**, 30, 3 *egregium portum tutasque stationes*.

imminere] vgl. c. 5, 4 *post Tifata montem, imminentem Capuae;* von Lage der Länder **24**, 40, 4 *(urbes) — quod imminerent Italiae*.

In jüngeren Hdsch. folgt hier, als Ergänzung späterer Hand leicht kenntlich, *sed quoniam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Carthaginem novam oppugnandam totis viribus et bono animo transeamus. cumque omnes una voce hoc faciendum succlamarent, eos Carthaginem duxit, tum terra marique eam oppugnari iubet. Mago Poenorum dux.* —. Was der Redner sagen wollte, läfst sich nur vermuten, doch ist nicht unwahrscheinlich, dafs er wie c. 41, 19 mit einer Hinweisung auf göttlichen Beistand schlofs.

milia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit, quingentis
militibus arcem insidit, quingentos tumulo urbis in orientem
verso imponit; multitudinem aliam, quo clamor, quo subita
vocasset res, intentam ad omnia occurrere iubet. patefacta 3
deinde porta eos, quos in via ferente ad castra hostium in-
struxerat, emittit. Romani duce ipso praecipiente parumper
cessere, ut propiores subsidiis in certamine ipso summittendis
essent. et primo haud impares stetere acies; subsidia deinde 4
identidem summissa e castris non averterunt solum in fugam
hostes, sed adeo effusis institerunt, ut, nisi receptui cecinisset,
permixti fugientibus irrupturi fuisse in urbem viderentur. tre-
pidatio vero non in proelio maior quam tota urbe fuit. multae 5
stationes pavore atque fuga desertae sunt, relictique muri, cum
qua cuique erat proximum desiluissent. quod ubi egressus 6

c. **44**, 2. *opponit* ist wie das Simplex zu übersetzen, da es absolut, ohne Objekt gebraucht ist. Vgl. **24**, 39, 1 *alii aliis locis — oppositi*.

insidit] erzählendes Präsens; *insido* c. acc. häufig von militärischer Besetzung eines Punktes. c. 17, 5 *fauces Nero ins.*

tumulo] In der Stadtbeschreibung c. 42 ist dieser der Burg gleich wichtig erachtete Punkt nicht erwähnt.

vocasset] 'zu sich rufen, einladen, auffordern'; auch von unbelebten Dingen bei Dichtern häufig, bei Liv. **28**, 15, 12 *nox imberque ad necessariam quietem vocabant*.

occurrere] in dem Sinne 'feindselig entgegentreten' sonst stets mit dem Dativ verbunden; absolut wie hier noch **21**, 61, 1 *ad primum adventum Romanorum occursurus*. **28**, 5, 16 *ad motas hostium occ.*

3. *parumper*] ein kleines Weilchen, mit Rücksicht darauf, dafs es bald nicht mehr so sein wird. **2**, 25, 3 *parumper moratus; paulisper* dagegen = eine kurze Zeit lang, einfache Zeitangabe.

ut propiores subsidiis .... essent] wahrscheinlich wollte Sc. durch leichte Truppen, die im Ferngefecht sich zurückzögen, den ausfallenden Feind von den Befestigungswerken fort und aus dem Bereich der Wurfmaschinen auf einen für seine Leute günstigeren Platz locken, wo sein Gros in den Kampf eingreifen sollte.

propiores summittendis] Das Adjektiv *propinquus* hat im Positiv immer, im Komp. u. Superl. überwiegend den Dativ (c. 20, 6 *proximus Hibero)*; das Adverb. *prope, propius, proxime* den Accusativ. Zur Konstruktion vgl. **3**, 35, 4 *propior interdum petendo, quam gerendo magistratui erat*. **27**, 17, 10 *propior excusanti*.

4. *receptui cecinisset*] persönlich gedacht, 'er liefs blasen'. **27**, 42, 13 c. 47, 2 *receptui propere cecinit ac misit ad flumen*. **29**, 7, 6. **3**, 22, 6. **22**, 29, 6. *Poenus receptui cecinit*. **25**, 30, 12 *Marcellus recept. c.*, unpersönlich: **24**, 15, 1 *signa coeperunt canere* = ertönen. **28**, 27, 15 *classicum apud eos cecinit* = es wurde bei ihnen geblasen.

6. *quod ubi — animadvertit*] Liv. beginnt nicht selten, wie hier, die Periode mit einem Relativsatz, welcher einen abhängigen acc. c. inf. einführt, der den Inhalt des

Scipio in tumulum, quem Mercuri vocant, animadvertit, multis partibus nudata defensoribus moenia esse, omnes e castris 7 excitos ire ad oppugnandum et ferre scalas iubet. ipse trium prae se iuvenum validorum scutis oppositis — ingens enim iam vis omnis generis telorum e muris volabat — ad urbem 8 succedit, hortatur, imperat quae in rem sunt, quod*que* plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorque virtutis atque ignaviae cuiusque adest. itaque in vulnera 9 ac tela ruunt, neque illos muri neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant. et ab navibus eodem tempore ea, quae mari adluitur, pars urbis oppugnari coepta est. ceterum tumultus inde maior quam vis adhiberi poterat. 11 dum applicant, dum raptim exponunt scalas militesque, dum qua cuique proximum est in terram evadere properant, ipsa festinatione et certamine alii alios impediunt. inter haec repleverat iam Poenus armatis muros, et vis magna ex ingenti 2 copia congesta telorum suppeditabat. sed neque viri nec tela nec quicquam aliud aeque quam moenia ipsa sese defendebant. rarae enim scalae altitudini aequari poterant, et quo quaeque 3 altiores, eo infirmiores erant. itaque cum summus quisque evadere non posset, subirent tamen alii, onere ipso frange-

Relativsatzes dem Gedanken nach noch einmal wiederholt, z. B. **25**, 28, 1 *quae ubi — sunt nuntiata, Epicyden Syracusis excessisse* u. ö.

quem Mercurii vocant] Auch dieser Hügel ist in der c. 42 gegebenen Stadtbeschreibung nicht erwähnt.

ferre scalas] Sturmleitern mitnehmen; wie *signa ferre* gebildet; **24**, 46, 2 *scalas ferre.* **27**, 15, 6. **28**, 3, 6 u. o.; vom eigentlichen Anlegen der Leitern heifst es *erigere scalas ad muros.* **28**, 19, 18; auch *admovere, apponere scalas.* 7, 16, 6. **37**, 5, 1.

7. *prae se*] *prae* geht von der Grundbedeutung: 'sich räumlich vor etwas befinden', leicht in die über: 'vor etwas sein, um es zu decken'. **32**, 17, 13 *obicere prae se hastas.* c. 25, 10 *proiecto prae se clipeo.* Vgl. c. 41, 7 *pro.* — Die hier erwähnte Vorsichtsmafsregel ist ungewöhnlich.

8. *testis spectatorque*] 'als Augenzeuge'. **31**, 37, 4 *eo quoque superiores Macedones erant, quod et rex ipse hortator aderat.*

9. *queunt*] Das Verbum *queo* findet sich stets in negierten Sätzen oder Sätzen negativen Sinnes. **4**, 24, 9 *nullius auctoritate — deterreri quiverit.* **3**, 52, 2. **32**, 4, 4 *haud facile queas.*

quin certatim ascendant] dafs sie um die Wette hinauf zu klimmen versuchten. *certatim:* **1**, 40, 6. c. 54, 3. **2**, 41, 7. **5**, 7, 11. **27**, 46, 3. c. 28, 11. c. 41, 8.

c. **45**, 1. *inter haec.* Vgl. c. 4, 1. Die Erzählung kehrt zum Sturm auf der Landseite zurück.

suppeditabat] Dies Verb. wird von Liv. sowohl transitiv: c. **33**, 8 *suppeditare alimenta*, als häufiger intransitiv = *suppetit alicui.*, angewendet. **22**, 39, 14 *nec his paucis iam victus suppeditat.* **28**, 27, 3. **30**, 25, 7.

2. *nec quicquam aliud aeque quam moenia*] kurz für *nec quicq. aliud aeque moenia defendebat, quam moenia ipsa sese defendebant.* — In affirmativen Sätzen folgt auch bei Liv. auf *aeque* zuweilen *atque, et;* hier ist *quam* durch *nec — aliud* veranlafst vgl. c. 40, 9. Zu *aeque quam*, das von Liv. in die Prosa eingeführt ist, vgl. **31**, 1, 4 *aeque multa volumina — quam.*

bantur. quidam stantibus scalis cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. et cum passim homines 4 scalaeque ruerent, et ipso successu audacia atque alacritas hostium cresceret, signum receptui datum est; quod spem non 5 praesentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed etiam in posterum dedit, scalis et corona capi urbem non posse, opera et difficilia esse et tempus datura ad ferendam opem imperatoribus suis.

Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab defessis 6 iam vulneratisque recentes integrosque alios accipere scalas iubet *et* vi maiore adgredi urbem. ipse, ut ei nuntiatum est 7 aestum decedere, quod per piscatores Tarraconenses nunc levibus cumbis, nunc, ubi eae siderent, vadis pervagatos stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari, eo secum armatos *quingentos* duxit. medium ferme diei erat, 8 et ad id, quod sua sponte cedente in mare aestu trahebatur

caliginem oculis offunderet] 'ein Schwindel ergriff sie'. Vgl. **22**, 43, 11 *in occaecatum pulvere offuso hostem;* auch auf geistiges übertragen: **39**, 15, 4 *nimium terroris offundam.* **28**, 29, 9 *omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.*

5. *quod spem non praesentis etc.*] Von *spem* hängt sowohl *praesentis quietis*, als *obsessis* ab; doch müfste korrekt dem Genitiv *praesentis quietis* im folgenden ein Genitiv *futuri otii* oder dergl. entsprechen. Statt dessen begnügt sich Liv. mit der allgemeinen Andeutung der Zukunft *in posterum.*

corona] eig. Umzingelung. **24**, 2, 10 *corona cingo.* **23**, 18, 5 *corona undique circumdatis moenibus*, c. 44, 3; hier verbunden mit *scalis* zur Bezeichnung eines der eigentlichen *obsidio* entgegengesetzten Verfahrens, da von einer Umzingelung der Stadt nicht wirklich die Rede sein kann.

6. *vix*] das höchst auffallende Asyndeton adversativum drückt das Unerwartete des Vorganges scharf aus.

tum. conticuerat] **25**, 10, 6 *conticiscebat paullatim tumultus.* **2**, 55, 10 *conticiscente tumultu.* **4**, 1, 5 *conticiscerent ... actiones tribuniciae.* **2**, 29, 11 *furor conticiscet.*

accipere ab] deutsch umgekehrt: er befiehlt den Ermüdeten, die Leitern an frische Truppen abzugeben; oder: er befiehlt den frischen Truppen, die Leitern den Ermüdeten abzunehmen. **27**, 2, 7 *apud hostes integri a fessis pugnam accepere.*

7. *aestum decedere*] 'dafs Ebbe eintrete'. Vgl. § 8 *cedente in mare aestu.* c. 42, 8 *deficit mare.*

siderent] dichterisch und bei Späteren vom Auflaufen der Schiffe, bei Liv. nur hier. Anders **22**, 4, 6 *nebula campo quam montibus densior sederat = considerat.*

8. *medium ferme diei erat, et*] eine bei Liv. häufige Form der Periode, um zu bezeichnen, dafs, während die erste Handlung eintritt, die zweite dauert; namentlich mit *iam — et, iam — que.* **27**, 48, 17 *et iam diei medium erat, sitisque et calor — capiendos praebebat (hostes).*

ad id quod] = *praeterquam quod.* **3**, 62, 1 *ad id, quod sua sponte conlectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur.*

trahebatur] wie nachher *ferebat* von der Strömung *(aestus)* der Ebbe, die das Wasser *(aqua, stagnum)* in der Richtung nach dem Meere hin *(mare)* mit sich zieht. Beachte die Abwechselung der Ausdrücke: *mare, aestus, aqua, stagnum.*

aqua, acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnum eodem quo aestus ferebat, et adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico
9 tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. hoc cura ac ratione compertum in prodigium ac deos vertens Scipio, qui ad transitum Romanis mare verterent et stagna auferrent viasque ante numquam initas humano vestigio aperirent, Neptunum iubebat ducem itineris sequi ac medio stagno evadere ad moenia.
46 ab terra ingens labor succedentibus erat; nec altitudine tantum moenium impediebantur, sed quod tuentes ad ancipites utrimque ictus subiectos habebant Romanos, ut latera infestiora subeunti-
2 bus quam adversa corpora essent. at parte in alia quingentis et per stagnum facilis transitus et in murum ascensus inde fuit: nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni praesidio satis creditum foret nec ulla armatorum statio aut custodia opposita intentis omnibus ad opem eo ferendam,
3 unde periculum ostendebatur. ubi urbem sine certamine in-

acer septentrio] auch deutsch 'scharfer Nord'.

inclinatum stagnum] Der Wind trieb die ohnehin schon in dieser Richtung sich bewegende Wassermasse ebendahin, wohin die Ebbe sie zog. **29**, 7, 2 *cum primum aestu fretum inclinatum est.*

9. *in prodigium ac deos*] er gab der Sache eine solche Auslegung, dafs sie ein Wunder und die Götter ihre Urheber zu sein schienen. c. 11, 3 *in religionem versa est res.* **28**, 11, 1 *causas in deos vertere.*

mare verterent] *vertere* = *avertere*, **25**, 25, 2 *tumulus versus a mari. mare vertere* = *avertere* kommt nicht weiter vor; Liv. sagt sonst *avertere* z. B. *amnes* **22**, 5, 8.

c. **46**, 1. *nec altitudine tantum — sed quod*] Varietät der Konstruktion. **2**, 51, 7 *felicitate pugnae ferox, magis tamen quia.* **3**, 8, 7 *magis in re subita, quam quod.*

tuentes] *tueri* absolut = verteidigen, ist nicht weiter nachweisbar, dagegen mit Accus. **32**, 14, 2 *tuentes urbem.* **32**, 13, 11 *moenia t.* **31**, 46, 11. **33**, 7, 6 *tuentium pulsos.*

ad . . . ictus subiect.] *subicere* bei Liv. nur in eigentlicher Bedeutung mit dem Dativ, *telis, securi* c. 13, 5; mit *ad* in der Bedeutung: ausgesetzt: **7**, 34, 5 *hostis subiectus nobis ad omnis ictus;* sonst *expositus ad*: **5**, 54, 4.

ancipites utrimque] beliebte tautologische Verbindung. § 5 *utrimque ancipitem hostem habebant.* **30**, 33, 15 *in ancipites ad ictus utrimque coniciebant tela.*

2. *parte in alia*] Tritt in guter Prosa die Präposition zwischen Substantiv und Adjektiv, so erhält letzteres die erste Stelle; *summa in re;* die umgekehrte Stellung *re in summa* ist dichterisch. Aber gerade mit *pars* scheinen seit Liv. (vielleicht in Nachahmung von Dichtern) gewisse Wendungen der historischen Prosa eigen geblieben zu sein. Tacitus ann. 11, 3 *partem in aliam.* Quintilian **2**, 17, 11 *parte in hac.* 4, 2, 23 *parte in una.*

opere emunitus] sie war nicht bis zur vollen Höhe aufgebaut; *emunire* nach Vergil bei Liv. noch **21**, 7, 7 und **24**, 21, 12 angewendet. **33**, 36, 5 *permunio;* häufiger *communire.*

ut ubi] Wie vor das Relativ, so treten auch vor *ubi* zur Begründung *ut*, seltener *quippe* und *utpote;* **38**, 21, 14 *castra pavoris ac tumultus plena, ut ubi feminae puerique et alia imbellis turba — esset.* Vgl. c. 48, 11 *quippe ubi* (bei Cicero findet sich *ut ubi* nicht).

eo unde periculum ostendebatur] vgl. c. 44, 2 *ab ea parte.* Anders fafst Liv. die Sache: **21**, 7, 7 *ubi plurimum periculi ac timoris ostendebatur, ibi vi maiore obsistebant.*

travere, pergunt inde quanto maximo cursu poterant ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. in quod 4
adeo intenti omnium non animi solum fuere, sed etiam oculi auresque pugnantium spectantiumque et adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo senserit captam urbem, quam tela 5
in aversos inciderunt et utrimque ancipitem hostem habebant. tunc turbatis defensoribus metu et moenia capta, et porta intus 6
forisque pariter refringi coepta; et mox caedendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus armati impetum fecerunt. magna multitudo et muros transcendebat, sed ii passim ad 7
caedem oppidanorum versi; illa, quae portam ingressa erat, iusta acies cum ducibus, cum ordinibus media urbe usque in forum processit. inde cum duobus itineribus fugientes videret 8
hostes, alios ad tumulum in orientem versum, qui tenebatur quingentorum militum praesidio, alios in arcem, in quam et ipse Mago cum omnibus fere armatis qui muris pulsi fuerant refugerat, partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit. et tumulus primo impetu est 9
captus, et Mago arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena videret neque spem ullam esse, se arcemque et praesidium dedidit. quoad dedita arx est, caedes tota urbe passim 10
factae, nec ulli puberum, qui obvius fuit, parcebatur: tum signo dato caedibus finis factus, ad praedam victores versi, quae ingens omnis generis fuit.

Liberorum capitum virile secus ad decem milia capta. 47
inde, qui cives Novae Carthaginis erant, dimisit, urbemque et sua omnia, quae reliqua eis bellum fecerat, restituit. opifices 2

intus forisque] die Zusammenstellung zeigt, dafs es an einer *intus* entsprechenden Adverbialbildung fehlt, wie *ἐντός, ἐκτός*; das Fehlende wird durch das Substantiv ersetzt. Vgl. *foras* = frz. *hors; deforas* = frz. *dehors.*

7. *ad caedem versi*] vgl. § 10 *ad praedam*, sonst ist in feindlichem Sinne häufiger *in* **35**, 36, 6 *in praedam versi.*

8. *videret*] das Subjekt ist Scipio, wie unten *ipse* zeigt, obwohl er seit c. 45, 9 nicht wieder genannt ist. Ähnlich erscheint er in c. 49, 7 zu *iussit* als Subjekt, obwohl er seit § 1 nicht mehr erwähnt ist.

partim] als Accusativ auf *im* wie hier bei Liv. noch einige Male und bei Dichtern; Cicero gebraucht *partim* nur adverbiell mit abhängigem Genitiv oder *ex.* Vgl. **23**, 11, 11 *partim Samnitium defecisse.* **31**, 36, 9.

10. *caedes tota urbe*] Ein militärischer Brauch bei den Römern, auch ohne das Vorhandensein besonderer Erbitterung. Mit dem Blutbade wurde auf ein gegebenes Zeichen *(signo dato)* aufgehört und zur Plünderung geschritten. **27**, 16, 7 *a caede ad diripiendam urbem discursum,* **4**, 34, 3.

c. **47**, 1. *virile secus*] altertümliche Form für *sexus,* auch bei Sallust und Tacitus; adverbieller Accusativ, wie *id genus.* **31**, 44, 4 *virile ac muliebre secus.*

cives] Die Gefangenen zerfallen in 4 Klassen: *cives* und *opifices,* = Freie und Freigelassene; *incolae* und *servi* = Nichtbürger und Sklaven.

2. *opifices*] ihre Nützlichkeit be-

ad duo milia hominum erant: eos publicos fore populi Romani
edixit cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli
3 enixe operam navassent. ceteram multitudinem incolarum iuve-
num ac validorum servorum in classem ad supplementum re-
4 migum dedit; et auxerat navibus octo captivis classem. extra
hanc multitudinem Hispanorum obsides erant, quorum perinde
5 ac si sociorum liberi essent cura habita. captus et apparatus
ingens belli: catapultae maximae formae centum viginti, minoris
6 ducentae octoginta una; ballistae maiores viginti tres, minores
quinquaginta duae; scorpionum *maiorum* minorumque et armo-
rum telorumque ingens numerus; signa militaria septuaginta
7 quattuor. et auri argenti*que* relata ad imperatorem magna
vis: paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, librae
ferme omnes pondo; argenti infecti signatique decem et octo
milia et trecenta pondo, vasorum argenteorum magnus numerus.
8 haec omnia C. Flaminio quaestori appensa adnumerataque sunt;
tritici quadringenta milia modium, hordei ducenta septuaginta.
9 naves onerariae sexaginta tres in portu expugnatae captaeque,
quaedam cum suis oneribus, frumento, armis, aere praeterea
ferroque et linteis et sparto et navali alia materia ad classem

dingt die bessere Behandlung; es sind alle, *qui opus faciunt*, Handwerker und Techniker.

publicos fore p. R.] sie werden also nicht an Private verkauft vgl. c. 27, 4 *in publicum redempti.*

cum spe] *cum* bezeichnet das Hinzutreten eines neuen Vorteils zu dem *publicos fore p. R.*

ministeria belli] zum Kriege gehörige Verrichtungen, Dienstleistungen; dieselben werden c. 51, 7 näher beschrieben. Vgl. **22**, 19, 10 *ministeria nautica.* c. 25, 19 *ministeria artis servilia.*

enixe] bei Liv. nicht selten. **27**, 10, 4. Auch gesteigert **29**, 1, 18 *eoque enixius ad bellum adiuverunt* (**28**, 35, 9 u. **4**, 41, 9 umschrieben *magis enixe*).

3. *incolarum iuvenum*] *iuvenis* ist hier ungewöhnlich adjektivisch gebraucht, wie sonst *adolescens;* vgl. c. 50, 2 *principi Celtiberorum adolescenti.* Doch auch **29**, 29, 3 *servorum capitum.*

in classem ad supplementum r. dedit] vgl. c. 35, 3 *remiges dare;* mit *ad* und *in* wird der Zweck bezeichnet. c. 11, 5 *in supplementum Hispaniae.*

5. *catapultae*] *cat.* zum Schleudern von Geschossen und Pfeilen; *maximae formae:* 'gröfsten Kalibers'. Vgl. **34**, 26, 11 *minoris formae navigia.* **36**, 43, 8. **37**, 23, 5 *maioris formae navium.*

6. *ballistae*] ein bogenartig geformtes Instrument zum Schleudern von Steinen.

scorpiones] Maschinen, mit denen sowohl Steine als Pfeile geschleudert wurden.

8. *appensa adnumerataque*] das erste in Bezug auf *arg. facti infect.;* das zweite in Bezug auf *paterae* und *vasa.*

9. *expugnatae captaeque*] vgl. **36**, 44, 9 *una duas naves expugnavit cepitque.* **39**, 31, 17 *castra capta et expugnata esse.* **40**, 14, 11 u. ö.

cum suis oneribus] *suis* eig.: der ihnen zukommenden, gebührenden Fracht d. h. mit voller Fracht = *iusto onere.* **21**, 17, 8 *cum suo iusto equitatu.* **9**, 2, 10 *(viam) clausam sua obice armisque inveniunt.*

sparto] südlich von Carthago N. befand sich der *campus spartarius,* auf welchem *spartum:* Pfriemengras wuchs, das zu Schiffszwecken in

aedificandam, ut minimum omnium inter tantas opes belli captas 10
Carthago ipsa fuerit.

Eo die Scipio, C. Laelio cum sociis navalibus urbem 48
custodire iusso, ipse in castra legiones reduxit, fessosque
milites omnibus uno die belli operibus, quippe qui et acie 2
dimicassent et capienda urbe tantum laboris periculique adis-
sent et capta cum iis, qui in arcem confugerant, iniquo etiam
loco pugnassent, curare corpora iussit. postero die militibus 3
navalibusque sociis convocatis primum dis immortalibus laudes
gratesque egit, qui se non urbis solum opulentissimae omnium
in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eo congessis-
sent omnis Africae atque Hispaniae opes, ut neque hostibus
quicquam relinquerentur, et sibi ac suis omnia superessent.
militum deinde virtutem collaudavit, quod eos non eruptio 4
hostium, non altitudo moenium, non inexplorata stagni vada,
non castellum in alto tumulo situm, non munitissima arx de-
terruisset, quo minus transcenderent omnia perrumperentque.
itaque quamquam omnibus omnia deberet, praecipuum muralis 5
coronae decus eius esse, qui primus murum ascendisset; pro-
fiteretur qui se dignum eo duceret dono. duo professi sunt, 6

Carthago N. aufgespeichert und zum Verfertigen von Tauen benutzt wurde. **22**, 20, 6 *ubi magna vis sparti erat, ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale.*

c. **48**, 2. *belli opera*] *opera,* in militärischer Beziehung sonst Schanz- und Lagerarbeiten, ist hier: Kriegsthaten, Mühen vgl. **30**, 3, 3 *belli opera, quae multa simul undique eum circumstabant;* dafür **9**, 17, 12 *militaria opera pugnando obire.*

capienda urbe] kausal gebrauchter abs. Ablat. = in Folge von; *in capienda u.* würde nur den Verlauf zeitlich und die Veranlassung äufserlich bezeichnen: vgl. **3**, 39, 7 *experirentur, quanto fortior dolor libertate sua vindicanda — esset.* **24**, 36, 1. **25**, 30, 6 u. a.

3. *militibus navalibusque sociis*] die Seesoldaten, wohl in Berücksichtigung ihres Führers, nehmen in dem ganzen Kap. eine von der gewöhnlichen abweichende Stellung ein; sie erscheinen auch durch ihre Teilnahme an der Heeresversammlung den Legionssoldaten gleichgestellt.

laudes gratesque] feierliche Wortverbindung, stehend von dem Göttern geschuldeten Danke. **27**, 13, 2 *dis immortalibus . . . laudes gratesque, inquit, ago.*

compotem fec.] Gewöhnlich ist *comp.* mit Wörtern wie *voti, spei, victoriae, laudis* verbunden und bezeichnet, dafs man einer guten und besonders gewünschten Sache teilhaftig wird. **29**, 10, 8. **30**, 1, 7. **29**, 22, 6 u. ö.

superessent] sonst *superare* und *abundare.* **2**, 27, 12 *adeo supererant animi ad sustinendam invidiam.*

5. *omnibus omnia*] bezeichnet seine Dankbarkeit als eine unbegrenzte und alle Soldaten umfassende. **28**, 24, 16 *turbatis rebus, cum omnia omnes auderent.*

praecipuum decus] 'die ehrende Auszeichnung'. *praecipuum* bezeichnet das, was jemand vor anderen voraus hat. **9**, 34, 11 *hoc praecipuum ac singulare* = Privileg. **27**, 10, 13 *centum pondo auri praecipuum.*

eius esse] Da nach c. 46, 2 zuerst von der Seeseite ohne allen Widerstand die Mauern erstiegen waren, so war die Verleihung gerade dieser Auszeichnung höchst geeignet, Erbitterung hervorzurufen.

profiteretur] Auch die Mafsregel,

Q. Tiberilius centurio legionis quartae et Sex. Digitius socius navalis. nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam 7 studia excitaverant uterque sui corporis hominum. sociis C. Laelius praefectus classis, legionariis M. Sempronius Tuditanus 8 aderat. ea contentio cum prope seditionem veniret, Scipio tres recuperatores cum se daturum pronuntiasset, qui cognita 9 causa testibusque auditis iudicarent, uter prior in oppidum transcendisset, C. Laelio et M. Sempronio advocatis partis utriusque P. Cornelium Caudinum de medio adiecit, eosque tres 10 recuperatores considere et causam cognoscere iussit. cum res eo maiore ageretur certamine quod amoti tantae dignitatis non tam advocati quam moderatores studiorum fuerant, C. 11 Laelius, relicto consilio ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet rem sine modo ac modestia agi, ac prope esse ut manus inter se conferant. ceterum etiam si vis absit, nihilo

dafs sich die Soldaten zu einer vermeintlich verdienten Auszeichnung melden dürfen, ist ungewöhnlich.

6. *Q. Tiberilius*] *Tib.* ist von Tiberius mit dem Denominativum *ilius* abgeleitet, wie Lucilius von Lucius, Manilius von Manius, Publilius von Publius u. a.

legionis quartae] die Zahl 4 ist auffallend, da die vier ersten Legionen die der Konsuln sind und in Italien beschäftigt; vielleicht aber hatte Scipio für Spanien eine eigene Zählung eingeführt.

socius navalis] Digitius war also wohl ein Nichtrömer; dafs ein *socius navalis* die Auszeichnung beanspruchen durfte, empörte offenbar die Legionen, da unter den *socii* sich teils *libertini*, teils Sklaven befanden. **22**, 11, 8. **24**, 11, 7—9. **32**, 23, 9 *socii navales ad spem honorationis militiae transgressi.*

8. *cum prope seditionem veniret*] *prope* = nahe dem Aufstande; nicht *ad seditionem* = zum Aufstande. Dafür später *iuxta seditionem ventum.* Tacit. Ann. 6, 13. Vgl. Liv. **6**, 42, 10 *prope secessionem plebis res — venit.* **25**, 16, 11 *prope exitium res R. venisset.*

recuperatores] diese sind Privatrichter, welche Streitigkeiten zwischen römischen Bürgern und Bundesgenossen nach eigenem Ermessen auf Grund der im Bündnifs enthaltenen Bestimmungen schlichten; hier erwählt, weil Digitius ein *socius navalis* ist.

9. *de medio*] = aus der Mitte weg, also zu keiner Partei gehörig, unparteiisch. Vgl. *medium consilium* c. 21, 4. *medius* persönlich **27**, 25, 5 *mediis ad censores — notionem de eo pertinere dicentibus.*

10. *non tam advoc. quam. moder.*] kurz für: *tanti viri, qui non tam advoc., quam mod. fuerant. — moderator* heifst, wer einer Sache ihr Mafs giebt, Bändiger, Lenker. **2**, 18, 6 *moderatorem et magistrum.* c. 23, 11 *arbitri moderatoresque.*

relicto consilio] die beratenden *recuperatores* haben sich von dem Tribunal entfernt in der Mitte der Soldaten niedergesetzt; ihr *consilium* verläfst nun Laelius und tritt vor den auf dem tribunal gebliebenen Scipio.

11. *sine modo ac modestia*] Die Verbindung von Synonymen gleichen Stammes ist bei Liv. beliebt, sie entspricht der Redeweise des Volkes. **22**, 27, 1 *immodice immodesteque.*

prope est, ut] bei Cicero vermieden, bei Liv. nicht selten. **28**, 39, 6 *cum iam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortuna haberemus.* **2**, 30, 2 u. a. Vgl. auch *haud procul afuit quin* **25**, 1, 10.

etiam si vis absit] 'wenn es auch nicht zu Thätlichkeiten kommen

minus detestabili exemplo rem agi, quippe ubi fraude ac periurio decus petatur virtutis. stare hinc legionarios milites, 12 hinc classicos, per omnes deos paratos iurare magis quae velint, quam quae sciant vera esse, et obstringere periurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas sacramentique religionem. haec se ad eum de sententia P. Cor- 13 nelii et M. Sempronii deferre. Scipio collaudato Laelio ad contionem advocavit pronuntiavitque se satis compertum habere Q. Tiberilium et Sex. Digitium pariter in murum escendisse, seque eos ambos virtutis causa coronis muralibus donare. tum 14 reliquos, prout cuiusque meritum virtusque erat, donavit; ante omnes C. Laelium praefectum classis et omni genere laudis sibimet ipsi aequavit et corona aurea ac triginta bubus donavit.

Tum obsides civitatium Hispaniae vocari iussit; quorum 49 quantus numerus fuerit piget scribere, quippe cum alibi trecentos ferme, alibi tria milia septingentos viginti quattuor fuisse inveniam. aeque et alia inter auctores discrepant. prae- 2 sidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud plus quam duum milium fuisse scribit. capta alibi decem milia 3 capitum, alibi supra quinque et viginti invenio. scorpiones maiores minoresque ad sexaginta captos scripserim, si auctorem Graecum sequar Silenum; si Valerium Antiatem, maiorum scor-

sollte'. **38**, 33, 3 *fide accepta a legatis vim afuturam.* c. 50. 12 *aurium fastidium aberat* und öfter *abesse* ohne Bezeichnung der Person.

12. *stare hinc*] Infolge derselben Vorstellung, nach der man *stare ab aliquo* sagt, ist *st. hinc* = hier stehen. — Das doppelte *hinc* statt *hinc-illinc* ist von Liv. nach dem Vorgange der Dichter in die Prosa eingeführt. **1**, 13, 2 *hinc patres, hinc viros orare.*

13. *signa militaria et aquilas*] Die *aquilae* werden von Liv. nur hier erwähnt; ein Anachronismus. Indem die Soldaten dieselben durch nicht aufrichtige Schwüre entweihen, machen sie sie unfähig, als Heiligtümer der Legionen künftig zu gelten. Da die Soldaten aber auch auf die Fahne den Diensteid leisten, so entweihen sie durch dies Verfahren zugleich ihren Fahneneid. *(sacramenti religionem).*

14. *corona aurea*] Eine Veranlassung, den L. so auszuzeichnen, lag wenigstens nach der Darstellung des Liv. nicht vor.

triginta bubus] eine Ehrengabe an Vieh wird auch sonst erwähnt. **7**, 26, 10 *consul laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat.* c. 37, 1 *aurea corona et centum bubus.*

c. **49**, 2. *discrepant*] gewöhnlich sagt Liv. *discrepat* = es herrscht Meinungsverschiedenheit; Gegensatz: *convenit.* **3**, 31, 8 *cum de legibus conveniret, de latore . . . discreparet.* **29**, 25, 1 *non parvo numero inter auctores discrepat.*

haud plus quam] Bei Zahlenangaben im Plural setzt Liv. *(haud) plus quam* und *(haud) minus quam*, im Singular und Nominativ, wo wir *(haud) plures, (non) minores* erwarten, z. B. **39**, 31, 13 *nec plus quam quattuor milia hominum effugerunt.* Der Plural ist selten: **38**, 38, 8 *neu plures quam decem naves.*

Silenus] ein griechischer Schriftsteller, Begleiter des Hannibal auf seinen Feldzügen, schrieb dessen Thaten nieder und wurde später Quelle für das Geschichtswerk des Coelius Antipater, den Liv. in der dritten Dekade vielfach benutzt hat.

Valerius Antias] ein von Liv. oft

pionum sex milia, minorum decem et tria milia: adeo nullus
4 mentiendi modus est. ne de ducibus quidem convenit. plerique
Laelium praefuisse classi, sunt qui M. Iunium Silanum dicant;
5 Arinen praefuisse Punico praesidio deditumque Romanis Antias
6 Valerius, Magonem alii scriptores tradunt. non de numero
navium captarum, non de pondere auri atque argenti et re-
dactae pecuniae convenit. si aliquis adsentiri necesse est,
7 media simillima veris sunt. ceterum vocatis obsidibus primum
8 universos bonum animum habere iussit: venisse enim eos in
populi Romani potestatem, qui beneficio quam metu obligare
homines malit exterasque gentes fide ac societate iunctas habere
9 quam tristi subiectas servitio. deinde acceptis nominibus civi-
tatium recensuit captivos, quot cuiusque populi essent, et nun-
10 tios domum misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret. si
quarum forte civitatium legati aderant, eis praesentibus suos
restituit; ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio
11 quaestori attribuit. inter haec e media turba obsidum mulier
magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum
reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit obtestarique
coepit, ut curam cultumque feminarum impensius custodibus
12 commendaret. cum Scipio nihil defuturum iis profecto diceret,
tum rursus mulier: 'haud magni ista facimus' inquit; 'quid
enim huic fortunae non satis est? alia me cura aetatem harum
intuentem — nam ipsa iam extra periculum iniuriae muliebris
13 sum — stimulat'. et aetate et forma florentes circa eam In-

citierter, späterer Annalist, der in übertriebenen Zahlenangaben erstaunliches leistete.

decem et tria m.] vgl. c. 47, 7 *decem et octo m.* Die Trennung der zusammengesetzten Zahlen *tredecim, quattuordecim* erlaubt sich Liv. öft. **28**, 38, 5 *decem quattuor milia.* **29**, 2, 17 *decem tria milia.*

5. *Arinen*] Der Name heifst bei Silius Italicus: *Aris.*

Antias Valerius] dieselbe Folge der Namen noch **30**, 3, 6, sonst stets Valerius Antias. **25**, 39, 14. **30**, 19, 11 u. 29, 7.

7. *iussit*] über die Ergänzung des Subjektes Scipio. c. 46, 8 *cum videret.*

8. *beneficio quam metu oblig.*] ein von den Römern gern zur Schau getragener Grundsatz. **22**, 22, 14 *habita fides ipsam plerumque obligat fidem;* zur Wendung c. 41, 4.

